tio repellenda. Cum autem a fratribus  
vrgerebatur ut patretur infirmitate vñ  
remedium adhiberi et cyrunic⁹ instru-  
mentum ferreum igne candens in manu  
teneret. Vir dei ait. Mi frater ignis esto  
michi in hac hora p̄pictus. et curialis  
precor dominum qui te creauit ut tuū  
michi calorem temperet. et h̄ dicens sig-  
num crucis contra illud edidit p̄funda-  
toꝝ illo i tenera carne ab aure usq; ad  
supcilium nullum ut retulit dolorem  
sensit. Apud heremum sancti urbani  
seruo dei egritudine validissima laborā-  
te cu ipse defectū nature sensib⁹ uini po-  
culū postulasset nichilq; adesset. allata  
sibi aquā signo crucis edito benedixit.

**M**ox in optimum unum cūversa quod  
deserti loci paupertas nō potuit uriri sancti  
puritas impetravit. Ad cūnis gustum  
sbito cūlauit. Malebat de se uituphū  
audire q̄d laudem et ideo cum propter  
merita in eo sanctitatis extollerent p̄a  
piebat alicui fratri ut verba ipsum uili  
ficacia suis auribus cōculando p̄fer-  
ret. Cumq; frater ille licet iniuritus eum  
rusticum et mercennarium īpītū muta-  
lem diceret. Ephilaratus dicebat. Benedi-  
cat tibi dominus qz tu verissima loq̄ris  
et talia me decet audire. Non tam seru⁹  
dei p̄esse voluit q̄d subesse. Nec tam  
p̄ape quam pere Idarco generali cedēs  
officio gardianum pecijt cūnis per oīa  
voluntati subiaceret. Fratri q̄d cum quō  
solitus erat ire sp̄ p̄mittebat obediēam  
et seruabat. Cum frater quidam et cōtra  
legem obediēcie aliqd fecisset et penitē-  
cie signa haberet vir tamen dei ad alio  
rum terrorēm eius capucium in ignem  
pici iussit. Cumq; p̄ moram capucium  
fuisse in medio ignis p̄cepit ipsū extia  
hi et fratri restitui. Extrahit igitur ca-  
pucium de medio flāmarum nullū hñs  
adustionis vestigium. Quodam tēpore  
p̄ paludēs venicarum ambulans iuemit  
maximam aūum multitudinem cātan  
eum i palude dixit ad sociū. Sorores  
aues laudant creatorē suum. Eamus  
in eorum medio horas canonicas dño  
decantemus. Quib⁹ iuantib⁹ aues mote  
non sunt. Sed qz ob nimū garritū  
se adiuicem audire non potuerūt. Ait  
Sorores aues a cantu cessate donec  
laudes debitas dño p̄soluamus. Quib⁹  
statim tacentib⁹. finitis laudib⁹ et sta-  
tim cantum suum more solito resūpserit.  
Inuitatus deuote a qdam milite dixit  
ei. Frater hospes meis momitis acq̄escere  
et peccata tua confitere quia cito alibi

manducabis. Qui statim acq̄escens dos-  
mui sue disposuit et penitenciā salutatē  
acepit. Cum ergo ad mensam intrasset  
hospes subito expirauit. Cum quādam  
auū multitudinem repisset et eas velut  
racionis p̄tipes salutasset dixit. Fratres  
mei volucres mltū debetis laudare crea-  
torem vestrum qui plumis vos induit  
pennas ad volandum tribuit acris pu-  
ritatem concessit et sine vestra solitudine  
vos gubernauit. aues autē ceperūt vers⁹  
eum extēdere colla p̄tendere alas. apire  
rostra. et in illum attēte respicere. Ille  
vero p̄ medium eazum trāsiens tunica p̄  
tingebat easdem. nec tamē aliqua de lo-  
co est mota donec licēia data omnes  
insim⁹ auolauerunt. Cum apd castrum  
almarium p̄dicaret ppter garritus irun-  
dimū ibidem m̄dificanciū audire  
non poterat. Quib⁹ ille sorores mee  
prudimes iam tēp⁹ est ut loqz ego. qz  
vos satis dixistis tenete silencium donec  
verbū domini compleatur. Cui otinuo  
obedientes p̄tin⁹ oticuerunt. Transeūte  
aliquando viro dei p̄ apuleam vnam  
bursam magnam repit in via denarijs  
tumescentem. Quam soci⁹ videns accepe  
voluit ut paupib⁹ erogaret s̄ ille nullus  
latenus permisit dicens. Non licet fili  
alienum auferre. Sed cum ille vehemē-  
ter instaret. Franciscus paululū orans  
iubet ut bursam tollat. q̄ iam colubrum  
p̄ pecunia otinebat. Qd videns frater ti-  
mere cepit. Qd obedire volens et iplere  
mandatū bursā māib⁹ capit et īde mag-  
nus serpens p̄tin⁹ exiliuit. Et ait sanct⁹  
Decumia seruis dei nichil aliud est quam  
dyabol⁹ et coluber venenosus. Cū frater  
qdam grauiter temptaretur. cogitare ce-  
pit q̄ si aliquid scriptum de manu pa-  
tris habere ipsa p̄tin⁹ temptatione fuga-  
retur. Sed cū rem sibi nullaten⁹ apire

auderet quadam vice vir dei vocavit eum dicens. **P**orta michi filii cartam et atta mentum quod laudes quasdam dei scribere vo lo. **Q**uas cum scripsisset ait. **A**ccipe cartam hanc et usque ad diem mortis tue custo dias diligenter. **S**tatimque omnis temptacio ab eo recessit. **I**demque fratrum dum sanctus infirmus iaceret cogitare cepit. **E**cce morti appinquat pater et quod plurimum vos larez si post mortem haberem tunicam patris mei. **P**ost modicum sanctus. **F**. vocat eum dicens. **T**ibi trado tunicam istam et post mortem meam ipsam habeas pleno iure. **C**um apud alexandriam lombardie cum quodam honesto viro hospitatum fuisset ab eo rogatur ut propter euangelium obseruanciam de omni apponito manducaret. **Q**ui cum eius deuocatio assentiret ille accurrens caponem septenem parat manducandum. **M**anducantibus illis infidelis quidam amore dei elimosinam pecijt. **N**ox vir dei nomen audiens benedicatum membrum sibi transmittit caponis. Reseruat mifelix datum et in castum dum sanctus predicatorum ostendit dicens. **E**cce quales carnes comedit iste frater quem ut sanctum honoratis. **N**am michi hoc in sero tribuit. **S**ed cum membrum pisces ab omnibus underetur velut insanus ab omni populo increpatum. **N**on cum ille didicisset erubuit et veniam postulauit. Redieruntque carnes ad sui speciem postquam rediit purificator ad mentem. **D**um quadam vice ad mensam sederet. et de paupertate beate virginis et filij eius collatio fieret. pennis vir dei a mensa surgens singultus ingeminat dolorosus. et profusus lacrimis sup nudam humum reliquum panem manducat. **H**ac sacerdotalibus manib[us] quibus officiendi dominica corporis sacramentum est collata p[ro]tas magna volebat reverentia exhiberi. **V**nde

et sepe dicebat. **S**i autem sancto cuique de celo vimenti et paupero alicui sacerdoti. me contingere obware. ad sacerdotis manus deosculandas cicius me conferre et sancto dicerem. **E**xpecta me sancte laurenti. quod manus huius verbum vite cotrectant et ultra humanum aliquid possidente. **M**iraculis multis in vita clariuit. **N**am panes ei ad benedicendum oblati multis infirmis atrulere salutem. **A**quā in vīnum cōuertit et inde eger qui dam gustans p[ro]tinus sanitatem recepit et multa alia miracula fecit. **C**um vero ad dies iam apropinquaret extremos. longa infirmitate confectus super nudam humum poni se fecit. **F**ecitque omnes fratres ibide assistentes ad se vocari et manus singulis imponens omnibus ibi presentibus benedixit. et instar cene domini mice singulis bucellam panis dūisit. **I**nuitabat ut moris sui erat omnes creature ad laudem dei. **N**am et mortem ipsam cunctis terribilem et exosam habtabatur ad laudem eius letus occurrit et ad suum inuitabat hospitium dicens. **B**ene veniat soror mea mors. ad extremam igitur horam veniens dormiuit in domino. **C**uius animam quidam frater videns in modum stelle similis lune in quantitate. **H**oli in splendore. **O**mister fratum in terra laboris nomine augustinus in hora iam ultima positus cum diu amississet loquelam subito clamans dixit. **E**xpecta me pater. expecta ecce iam venio tecum. **Q**uerentibus fratribus quid diceret ait. **N**on uidetis patrem nostrum franciscum qui vadit in celum. **E**t statim in pace obdormiuit et patrem secutus est. **C**um quadam dominica que beato francesco deuota extiterat via vniuersitate catnis fuisset ingressa et clerici et prebisteri retro exeqas celebrantes astaret

subito se mulier erigit sup lectū i vñū  
 de astantibꝫ sacerdotibꝫ vocat dicens  
**M**olo pater cōfiteri ego es̄i mortua fu-  
 eram et diro eram carceri mancipanda  
 qm̄ peccatū qd̄ tibi pandā nec dū cōfes-  
 sa fueram **S**ed orante p me sancto frā  
 aiso ad corpꝫ michi redire idultū eſt.  
**V**t illo reuelato peccato vniā merear  
 statim ut istud manifestauero i pice cer-  
 nentibus vob quiescā confessā igitur et  
 absoluōne recepta mox in domio ob-  
 dormiuit. **C**ū fratres de uicera plauſtꝫ  
 qđdam a quodam uiro mutuo petrēt.  
**I**lle indignatus rñdit **E**go poaꝫ duos  
 ex vobis cū sancto francisco excoriarē  
 quā plauſtꝫ meū vobis accommodarē.  
**S**z in se reuersus semetipſū redarguit  
 et blasphemie penituit irā dei formidās.  
**A**moꝫ filius eius infirmat et ad extre-  
 ma deducatur **Q**ui filiū defunctū uidens  
 in terra volutabat i flens et sanctum  
 franciscū inuocans dicebat **E**go fū qui  
 peccavi me flagellare debuisti. Redde  
 sancte iā deuote precāti quē abstulisti  
 impie blasphemanti **A**moꝫ filius eius  
 surrexit et planctum phibens ait **C**um  
 mortu⁹ essem sanct⁹ francisc⁹ p qndā  
 viam longā i obscuram me ducens in  
 quodam tandem me uridario pulcherri-  
 mo collocavit **A**c deinde dixit michi re-  
 uertere ad patrem tuū nolo te amplius  
 detinere **P**aup qđam cuiā diuīti debens  
 quādam pecunie qntitatē ut sancti frā  
 aiso amore sibi terminum plongaret.  
**C**ui ille sup̄e respōdēs **T**ali inq̄t loco  
 te recludam vbi nec francisc⁹ nec aliq̄s  
 poterit te iuuare **A**moꝫ illum vincula-  
 tum in carcerem obscurū inclusit paulo  
 post sanctus franciscus affuit et fracto  
 carcere ruptisq; vinculis hominē incō-  
 lumē reduxit ad ppria. **Q**uidam miles  
 sancti francisci opibꝫ et miracul⁹ detrahēs

cū quadā uice luderet ad faxillos ves-  
 ma et incredulitate plen⁹ circūstātibus  
 ait **S**i francisc⁹ est sanct⁹. tuij. veniat  
 in faxillis **M**ox i eis senarius triplica-  
 tus apparuit et vsq; ad nouē uices qlit-  
 bet suo iactu tricenos accepit **S**z insani-  
 am addens isamie ait **S**i verū est q frā:  
 aiso iste sit sanct⁹ cadat hodie corpꝫ  
 meū gladio **S**i vero sanct⁹ nō est euas-  
 dam i colomis ludo finito vt ei⁹ oratio  
 fieret in peccatū cum nepoti suo inferret  
 iniuriam ille gladiū acapiens i uiscera  
 patrui trāfixit et ptinus interfecit. **V**ir  
 quidam crure sic p dito vt nullaten⁹ se  
 mouere posset sanctū franciscum talibꝫ  
 vocab̄ inclamabat **A**diuua me sancte  
 francisce memor deuociōnis i scrūci⁹ qd̄  
 tibi īpendi **N**am in asino meo te portas  
 ui sanctos pedes tuos et manus oscula-  
 rus fui i ecce morior doloris hui⁹ diu-  
 rissimo cruciatu **A**moꝫ ille sibi appa-  
 rents cū puulo baculo qui than ī se fi-  
 gurā habebat locum doloris tetigit. et  
 fracto apostemate sanitatem ptin⁹ rece-  
 pit **S**ed than signum sup̄ locū reman-  
 fit **H**oc signo sanct⁹ fran-literas suas  
 cōsueuerat signare. **C**ū in castro pome-  
 reto in montam apulee puella quedā  
 et patrī et matri vnicā fuisset defuncta et  
 mater sancto francisco deuota. nimia tri-  
 stica fuisset absorta apparuit ei sanctus  
 dicens **N**oli flere qz lucerne tue lumen  
 qd̄ deploras extinctū. mea est enim tibi  
 intercessione reddendū **M**ater igit sum  
 pta fiducia corpus extinc̄tū nō pmisit  
 efferi **S**ed sancti francisci nomē iuoz-  
 cans et mortuam filiam apprehendēs eam  
 incolmē alleuauit. **I**n urbe roma cū  
 puer paulus de fenestra palaci⁹ ceadisset  
 et penitus expirasset beatus francisc⁹ iuoz-  
 catur et uite ptinus restituitur. **I**n au-  
 tate fusa cum quedam domus corruens

quendam iuueniem extinxisset et cadauer iam in lecto ad sepeliendum posuisset. mater beatum franciscum tota deuocioē qua poterat inuocabat. Et ecce circa me diam noctem puer oscitauit et sanus surrexit et in laudis verba prupit. Frater Jacobus reatinus cum in nauicula sua fluuum quendam cū fratribus p̄trafisset et socijs iam super ripam positis postremo se ad nauis exitum p̄pararet resuoluta naue ipse in profundum flumis est demersus. Fratribus igitur p̄ liberacioē submersi beatum franciscum iuocantibus ipso etiam corde ut poterat beati francisci auxilium implorante. Ecce predictus frater p̄ profundum sicut per aridam ambulabat et demersam nauiculam capies cum ea puenit ad littus. Vestimenta autem eius madida nō sūt nec aque gutta p̄fimauit ad tunicā.

### De pelagia

**P**elagia prima seminarum antiochiae ciuitatis rebus et diuinis plena. corpe pulcherrima habitu ambicosa et vana ac varia amo et corpore pudica. Quadam vice per ciuitatem cum ambitione maxima transibat ita ut nichil super eā misi auxilium et argentū et preciosi lapides viderentur ita ut quocūq; iret aerem diuersorum aromati odore repleret quā precedebat et se quebatur multitudine maxima puellarum ac puerorū qui et ipsi preclaris erant in duci vestimentis. Quā quidam sanctus pater nomine neronus episcopus elyopeleos q̄ nunc damiata vocatur. Vidēs amarissime flere cepit ex eo q̄ maiore curam habebat placere mundo quā ipse haberet placere deo. proadensq; sup pavimentū faciem suā cū terra p̄cuciebat et ipsam terrā lacrimis rigans dicebat Altissime de⁹ ignosce michi peccatori. q̄ vñ⁹ diei meretricias ornatus roa⁹ vite

mee industria supauit. Ne me domine confundat vñ⁹ meretricis ornatus an cōspectū tremende maiestatis tue. Illa p̄ terrenis sumo se studio decorauit. Ego tibi imortali dño placere p̄posui et per meā negligēā nō ipse. Dixitq; hijs q̄ secū erāt In ueritate dico vobis qz de⁹ banc cōtra nos i iudicio p̄ducitur est quoniā h̄ tā solitate se depingit ut terre mis amatorib; placeat et nos celesti spōso placere neglimus. Dum h̄ et similia diceret subito obdormiuit. Viximusq; est sibi q̄ quedam columba migra fetida nimis circa eum celebrant̄ volaret. Qui dum cathecumimos abscedere precepiss; columba disparuit et post missam rediens et ab ipso episcopo in vase quodā aqua mersa munda et candida exiēs tā alte volauit q̄ videri non potuit. Eungilans igitur dum quadā vice ad ecclesiam procedens pdicaret et pelagia presentis esset adeo spūcta est q̄ ei litteras p̄ nuncium misit dicens Sancto episcopo discipulo cristi pelagia discipula dyaboli. Si vere cristi discipul⁹ cōpbaris qui vt audiui pro peccatorib; de celo descendit. me peccatricem sed penitentem suscipe digneris. Cui ille remisit. Rogo vt humilitatem meā non temptes qz homo peccator sum. Sed si vere saluari desideras solū me videre nō poteris. Sz inter alios me videb. Cumq; ad eum coram plurib; aduenisset pedes ei⁹ app̄hendit et amarissime flens dicere cepit Ego sū pelagia pelag⁹ iniquitatis exūdans fluctib; peccatorib;. ego sū pdicō mis abyssus. ego vorago et laque⁹ amarax. mltos deceptos decepi q̄ nūc cūcta phorrui Tūc eps interrogauit eā dicens Qd̄ tibi nomē est Cui illa a nativitate pelagia vocor. Sed ppter vestimentorū pompā om̄s me margaritā appellant.

Tūc eps clementer eā suscipiēs pñiam ei salutarem iniūxit et i del timore dili- genter iſtruxit et sacerdō baptismate rege nerauit. **D**ya⁹ aut̄ ibidem clamabat dī- cens. O uolencia quā pacior ab h̄ sene decrepito. O uolencia o senect⁹ mala. **M**aledic̄ tus dies in quo cōtrari⁹ nat⁹ es michiqz spem meā maximam abstuli sti. **Q**uadā infup nocte cū pelagia dor- miret dyā ad eam venit ⁊ eā excitans dixit sibi. **D**omīa margarita qđ vñq̄ tibi male feci nunqđ n̄ omnibz diuīcijs et gloria te ornavi qđo dīc michi i quo te cōtristauī ⁊ ptinus tibi satisfaciam- t̄m obsecro ne me deseras ne ob p̄briū cristiāmis efficiar. **I**psa aut̄ se signauit et in dyā⁹ infusflavit et statim euaniuit die tercio oīa que habebat p̄parauit ⁊ cō- gregauit et paupibz tribuit post aliqd autem dies cunctis ignorantibz pelagia inde noctu aufugit ⁊ in morte oīuēt de uenit ubi habitum heremite accipiēs in pua cella ibidem se collocauit et deo in multa abstinēcia seruuit. **A**xime aut̄ fame ab omnibz habebat et frater pelagius dicebatur. Post h̄ qđam dyacon⁹ sūp̄dic̄ti epi Jerosolimā causa visitādi loca sancta aduenit. **C**ui dixit episcop⁹ vt post sanctoz locoz visitacionē quē dam monachū nomine pelagnū queret et ipsū visitaret cū ver⁹ dei seruus esset. **Q**d̄ cum ille feasset mox ab illa vñmit⁹ nequaq̄ ipsam p̄pt mimiā maciē vñ- uit. **C**ui dixit pelagia. b̄es epm̄. **E**t ille Immo domine. oret p̄ me ad dominū. qđ vere apostolus xp̄i est. Recedens aut̄ inde die tercia ad cellā eius rediit. **S**ed cū ad ostium p̄cussisset ⁊ nullus ei appa- ruerat. fenestram apuit et mortuū eum vidit. **C**urzensqz cum hoc eō nūciasset episcopus et cleris omnesqz monachi cōuenerunt vt tam sancto viro exeqas.

celebrarent. Cūq̄ de cella corp⁹ eius ex traxissent reperūt q̄ mulier esset et plurimi admirātes deo gratas reddiderūt et sanctū corp⁹ honorifice sepelient. **O**bijt aut̄ viij. die intrāte octobri circa aīos domini cc. lxxxv.

**P**Argarita dicta pelagi⁹ v̄go pulcherima diues et nobilis tanta fuit pentum solitudine custodita et optimis moribz instructa tantaqz pudicacia honestate uigebat qđ ab omnibz uideri modis omnibz rēnuebat. Demiqz a qđam adolescēte nobili in vñgugium q̄rit et virtusqz parentum assensu cūcta nupcijs necessaria cū im- mensa diuīciay ⁊ deliciay gl̄a p̄parantur. Cum ergo nupciarum dies aduenisset ⁊ iuuenes et puelle et cūcta simul nobili- tas ante thalamū iam p̄aratū nupciay festa cū g. iudio cēlebrarent. **V**irgo deo inspirante cōsiderans dāpnū vñgmitatis tam dāpnosis plausibz cōpari. p̄strata in terram cū lacerimis gloriā vñgmitatis et nupciay molestias tanta i corde suo cōpensacōe uibravit. q̄ oīa huius uite gaudia quasi stercoz respuebat. **U**nde nocte illa a uiri osortio abstinet mes- dia nocte deo se recomendās tonsis cri- mibus in uiri habitum clā aufugit. Ion- ge aut̄ ad qđam monasteriū veniens et fratrem pelagium se appellans ab ab- bate receptus est ⁊ diligenter instruct⁹. **R**uī tā sancte ac religiose se babuit q̄ defuncto sanctimōialum p̄uōre de semioz cōfilio ⁊ abbatis i perio licet in- uitus monasterio vñgmū est p̄latus. **D**um ergo eis nō solum corporū s̄ etiā animarū pabula cōtinue ⁊ inculpabile ministraret dyā ei inuidens studuit q̄ liter p̄spērū eius cursum obiectu crīmīs impedit. **R**ā vñam vñgmē q̄ p̄foribz erat i adulteriū traicit. ⁊ tumescēte vtero

cū iam celari non posset tantus pudor  
et dolor om̄is virgines et monachos ut  
usq; monasterij osternavit q̄ solus pes  
lagius ut pote eaꝝ familiaris atq; possi  
tus sine iudicio et examinatione ab om  
nib; ōdem patitur. Qui foras cū igno  
rā pellitur ac in quodā rupis specu  
recluditur sibiꝝ monachoz̄ seuerissim⁹  
deputatur. qui sibi panem ordeaceū et  
aquaꝝ tenuissime ministraret. Quibus  
gestis monachi recesserūt et solum ibi  
pelagium reliquerūt. At ille oīa pacē  
tr̄ sustinens in nullo turbatus fuit. H̄  
gracias semp deo referens per sanctorū  
exempla se ostine confortabat. Tandem  
cū finem suū adesse dgnovit abbi et mo  
nachis p literas sic mandauit. Robili  
orta genere Margarita in seculo dicta  
fui q̄ ut pelagus temptationū transire  
pelagiū michi nomen ī posui. vir sum  
non p decepcionē mentita qd fac̄is os  
stendi. De crimine iuritatem obtinui pe  
nitentiā egi innocens. Hā queso ut quā  
viri femmā nescierunt sancte sorores  
sepeliant et sit expiatio iuuentis ostēio  
morientis ut femme virginem recognoscant  
quā calumpnatores adulterum  
iudicabant. Vijs auditis monachis et  
sanctimō malib; ad speluncā currentib;  
pelagiū a fēmis femme iurgo intacta  
dgnoscit et cū tis penitentiā agentib; in  
monasterio virginū honorifice sepelit.

*De sancta thaisi metē*  
**T**haisis metērix ut in multis pa  
trum legē tante pulchritudi  
nis extitit ut multi ppter eam s̄tāchis  
fuis ad ultimā paupertatem deuenirent.  
Sed amatores fui prezelo litib; inter  
se cōsertis frequenter puelle limina san  
guine iuuenum replebant. Qd cū audis  
set abbas pafuncaꝝ sumpto habitu secu  
lari et vno solidō pfectus est ad eam in

quadā egip̄i ciuitate deditq; el solidū  
quasi p mercede peccandi. Illa accepto  
recio ait illi Ingrediamur ī cameram.  
Cumq; ingressus esset et lectū preciosis  
vestibus stratum ascendere invitarentur  
dicit ad eam. Si est internus cubiculū  
in ipsum eamus. et cū duxisset eum per  
plura loca ille semper dicebat q̄ videri  
timebat. Illa autem dixit Est qdā cu  
biculum vbi null⁹ ingreditur. Si vero  
deum times. non est locus qui deitati  
eius abscondatur. Qd cum senex audis  
set dixit ei. Et scis esse deū. Cūq; illa res  
pondisset se scire deum et regnū futuri  
seculi necnon et tormenta peccatorum  
dixit ei. Si ergo nosti cur tantas ami  
tas perdidisti. Et non solum p tua sed  
p illoꝝ redditā ratione dāpnaberis. Il  
la vero h̄ audiens p̄oluta ad pedes ab  
batis p̄functis cū lacrimis exorabat di  
cens. Hoc esse penitenciā pater ī fidō  
remissionem te orāte sortiri. tantū peto  
trib⁹ horis inducas et post h̄ quo iussis  
ris ibo et quecūq; precepis facā. Cūq;  
locum illi abbas cōstituisset vbi remire  
deberet. illa collectis omnib; quecūq; ex  
peccato lucrata fuerat platisq; ī mediā  
ciuitatē populo expectante igne cōbuss  
sit clamans. Venite omnes qui pecca  
stis mecum et videte quomodo ea que  
michi cōculistis exuram. Erat autem p̄c  
um auri librarum quadringētarꝝ. Que  
cū oīa incendisset ad locū quem abbas  
pafuncaꝝ cōstituerat prexit. Quā ille rep  
to virginum monasterio ī cellulā puā  
recludens ostiū cellule plūbo signauit  
et puā reliqt fenestrā p quā ei iact⁹ mo  
dicis inferret. Jussitq; ei oīb; dieb; pa  
rum pamis et paululū aque a ceteris mi  
nistri. Cū autē senex discederz̄ thaisis ad  
eū ait. q̄iubet p̄ ut ex natali meatu aꝝ  
meā effundā. Et ille ī cella sicut dīḡ es

Cuius iterum quādū debet adorari in quereret rūdit. Nō es digna nobis adorare deum. neq; i labijs tuis nomē trinitatis adducere. Sed nec ad celum manus expandere quā labia tua inq̄tate plena sunt. i manū tue sordib; inq̄nate. Sed tantūmodo i cūbēs cōtra orientē respice hunc sermonem frequēter iteas. Qui plasimasti me miserere mei. Cum ergo trib; animis fuisset iclusa doluit abbas pafuncus i pfectus est ad abbatem auctorium ut ab eo req̄ueret si remisisset illi de⁹ peccata sua. Et narrata causa sancti antonius duocatis discipulis suis p̄cepit eis ut illa nocte vigilantes i oīoē p̄sisterent sigillatim utiq; quatin⁹ alii cui ex hijs declararet deus causam pro qua abbas. p. venerat. Cū igit̄ incessanter orassent abbas paulus maior discip̄ls antonij uidit sbito in celo lectū p̄aois vestib; ordinatū quē tres v̄gines clara face custodiebant. Tres iste v̄gines fuerunt. timor pene future q; ipsā a malo retraxit. Pudor culpe cōmisse q; ei v̄mā p̄meruit. Amor iusticie q; eam ad s̄mā trāsuerit. Cumq; paulus illis diceret gratiam illam tantam ēē antonij Vox dīiunia. Hēndit. Nō est patris tui antonij s̄ thaysidis meretricis. Nō cum abbas paul⁹ mane retulisset v̄gnita dei voluntate abbas. p. cum gaudio discessit. Et mox pfectus ad monasterium ostium celle dissipauit. Illa vero rogabat ut adhuc maneret inclusa. Dixit autem ei. Egressere quā remisit tibi de⁹ peccata tua. Et illa respondit. Testor deum q; ex q; huic ingressa fū. ex omnib; peccatis feci velut sarcaña i statui an oculos meos. Et sicut nō discedit anhelitus de narib; meis. Sic nō discesserunt peccata mea ab oculis meis. sed flebam semp illa cōsiderans. Cui abbas. p. dixit. Nō ppter

penitēciā tuā remisit tibi de⁹ peccata tua. Sed q; hūc timorem semp habuisti in animo. Et cū id illā eduxisset. xv. dies supuixit et pausavit i pace. Abbas q; effrē aliā meretricē simili vīre modo cōuertere voluit. Nam cū illa meretricē sanctum effrem ad peccandū alliceret impudenter dixit ei effrē. Sc̄re me. Qua sequente cū ad quendam locū vbi erat multitudo hominū venisset dixit ei. Hede buce ut cōmiscear tecū. Et illa. Quomō possim hoc facere tanta multitudine hic stante. Et ille si hoīes erubescis. Nonne magis tuum debes erubescere creatorē q; reuelat occulta tenebrarū. Illa cōfusa recessit.

**De sancto diomisio**

**D**omi⁹ iustus inf̄ptatur vehementē fugiēs v̄l dīat dyo⁹ a dyo qd̄ est duo et misus qd̄ est eleuacō qd̄ secundū duo eleuatus. s. secundū corp⁹ et secundū animā. v̄l dīat a dyana qd̄ est v̄n⁹. s. dea pulchritudinis. et syos qd̄ est deus. q. pulcher deo. v̄l v̄t quidam aiunt dīat a dyo misia que v̄t dīat ysider⁹ est qd̄dam gemma nigra valens cōtra ebrietatem. Fuit ergo vehementē fugiens de mūdo ppter factā abrenūciacōem. Eleuat⁹ p̄ īernoz contemplationē pulcher deo p̄ decorē virtutū. Valēs pectorib; v̄tra ebrietatē uitioz. Vic ante cōuercionem multa p̄noīa habuit. Doctoris est enim arisopagita a uico in quo habitabat. Itē dictus est thesph⁹. i. deū sapiens. Itē a grecoz sapientib; usq; hodie dīat p̄igioniuarami qd̄ latine dīatur. Ara celi q; i celum. Ara spiritualis in telligience mirabiliter volauit. Itē dict⁹ est macharius. i. beatus. Itē a patria dīctus Jomicus. Jomica aut̄ vt ait papias una est ex linguis grecoz. v̄l jomice sunt genera colūpnarum v̄l Jomicum. vt idē dīat ē pes q; hēt duas correptas

et duas longas p qd ostenditur q ipse  
fuit sapiens dñi p̄r occultorum inuesti-  
gacionem. ala celī p̄r celestium st̄pla-  
cōnēm. beatus p eternor̄ possessionem.  
p̄r alia ostenditur q ipse fuit mirabilis  
lis rethor p eloquenciā. ecclesie sustenta-  
tor p doctrinam. breuis sibi p humilis-  
tatem. longus alijs p caritatem. Aug⁹  
aut m libro. viij. de ciuitate dei dicit q  
**I**onicū est genus p̄bor̄. Distinguunt. n.  
ibidem duo genera p̄bor̄ sc̄z ytalicū qd  
est ex pte ytalie. et **I**onicum qd est ex  
parte grece qz ergo dyo⁹ sumimus erat  
philosoph⁹. **I**o antonomastice diceb⁹.  
tur iōnicus. Eius passionem i vitā gre-  
ce dicit aut methodi⁹ ostantinopolitas  
nus latine vero an. istasi⁹ aph̄e sedis  
bibliotecarius ut dicit igmar⁹ remodū  
episcopus.

**O**nōsius ariopagita a beato  
paulo ap̄lo ad fidē xp̄i cōuers⁹  
fuit qui ariopagita a vico as-  
sistatis in quo habitabat dicit⁹ fuisse  
dicatur Ariopag⁹ enī erat vicus martis  
m̄ quo scilicet erat templum martis.  
Athenienses enim singulos uicos deno-  
minabant a dijs quos colebant ut uis-  
cum in quo colebatur mars vocabant  
ariopagum quia ario dicatur mars. vi  
cum in quo colebant pan vocabant pa-  
nopagum et ita a singulis dijs singu-  
los uicos denominabant. Ariopagus  
autem vicus erat excellencior qui a ibi  
erat curia nobilium et scōle liberalium  
arauum. In hoc ergo vico morabat dy-  
omis⁹ maxim⁹ p̄bs qui ob plenitudinē  
diuinoz numinū et sapientie theoseph⁹  
id est deum sapiens dicebat. Erat i secul  
appollophan⁹ id ē eius ophilosophus  
Ibi etiam erant epicuri qui ponebant  
felicitatem hominis i sola corporis volup-  
tate et stoici qui in sola animi iuritate.

**I**n die igit dñice passionis cu tenebre  
facte fuisset sup vniuersam terram. p̄bi  
qui erant atbenis non potuerūt huus  
causam i causis naturalib⁹ inuenire. **R**ō  
fuit em̄ naturalis eclipsis solis. tum qz  
luna fere erat e regione ad solem. **E**cip-  
sis vero fieri solet tantū in sinodo solis i  
lune. Luna aut. xv. et imperfecta distācia  
a sole. tum qz eclipsis non auferit lumē  
vniuersis ptibus trre. tum qz p̄ tres  
horas durare nō potest. **N**d autem illa  
eclipsis in vniuersis ptibus terre lumen  
abstulerit. patet ex eo qd lucas euanges-  
listi. h̄ dicit et ex eo qz vniuersitatis do-  
minus paciebatur. et ex eo qz fuit apud  
elyopolim egypti et ex eo qz fuit rome.  
**Q**d autem fuerit rome testatur orosius  
dicens. Cum dominus patibulo affix⁹  
et maximo terremotu p̄ orbem facto  
sap̄a in montibus scissa maximarūqz vr-  
biuum p urime partes plus solita cūssi-  
one cederūt. **E**odemqz die ab hora diei  
sexta sol in totum obscuratus est. terra  
noꝝ libito obducta terris ē adeo ut stel-  
las tunc diuini horis. vel pocis horis  
da nocte toto celo uisus fuisse refraet  
h̄ orosius. Fuit etiam apud egyptum et  
huus meminit dyomisius in epistola  
ad apollofanum dicens obfusi namqz  
orbes vniiformiter tenebrarū caligine ta-  
bescente ut purgatum rediit solis dia-  
metrum regulā philippi arzidei a ſupſi-  
mus. Cum repimus qz i erat notissimū  
solem pati molestias non debere aio ad  
te pice vaste sacarum adhuc nescius  
tante rei misterium. **Q**uid in qua specu-  
lum doctrine appolloham hijs secre-  
tis ascribi ad que tu michi ore diuino  
et non humani sensus sermone. O bone  
dyo. diuinaꝝ pmutacioēs fūt rerū. De  
mqz notatū ferie diuine et annūclatiois  
qui paul⁹ nr aurib⁹ suspensis intonuit

signis acclamatis recordari expt⁹ dedi  
veritatis manus et flitatis su⁹ nefibus  
absolutus **H**ec dyo⁹ **D**ui⁹ etiā memi  
nit idem in ep̄la ad pollicarpū loquens  
de se et appollophano dicens **A**mbo as  
pud ethiopolim tūc p̄sentis et co astātes  
inopinabiliter soli lunam incedentem  
uideamus nō enī erat ouentus tēpus  
Et rursus ipsam a non a hora v̄sq; ad  
vesperā ad solis dyametrū supnatura  
līter restitutā Eclipsim aut illā uidim⁹  
in oriente inchoatam et v̄sq; ad solarē  
terminum venientem postea regrediente  
et rurs⁹ nō ex eodē ⁊ defectū ⁊ repugna  
cionem s̄ ecouerso secundū dyametrum  
factam **T**ūc enim dyo⁹ cū apollopha  
no voto astrologice discipline apd̄ di  
opolim egypti preferat et postea inde  
reversus est. **R**ōd autem fuerit i asya te  
statur eusebius in cronica asserens se in  
dictis ethmicoꝝ legisse q̄ tūc in betba  
nia que p̄uincia est asye minoris fuit  
terremot⁹ magn⁹ et maior solis obscu  
ratio que nūq̄ fuerit ⁊ q̄ dies hora. vj.  
in tenebrosam noctē versus sit vt stelle  
in celo uise sunt ⁊ q̄ mīcena q̄ v̄rb̄s est  
bytumie cunctas edes terremotus s̄uer  
teret **T**andē vt in hystoria scol. legie  
p̄bi ad hoc adducti sunt vt dicerēt qđ  
deus nature pati Alibi tamē legitur q̄  
dixerūt aut ordo nature puertit aut ele  
menta menauit aut deus nature pati  
tur ⁊ sibi cōpacūnit **A**libi vero dicē  
q̄ dyo⁹ dixit **H**ec noꝝ quā nouā mira  
mur tot⁹ mundi verā luce aduenturam  
figit. **T**ūc athenienses illi deo arā oſtruxer  
unt et ſupperpoſit⁹ eſtit titul⁹ ignoto deo  
**G**inglis. n. aris ſupponebat titul⁹ in  
dicans cui eſſent dedicate **E**t cum vellēt  
illi offerre holocausta et uic̄timas dixe  
runt p̄bi bonoz noſtroz nō eget. **S**ed  
ficietis genuſectaciones ante aram ei⁹

et ſuppliabitis ei. qz non querit obla  
ones pecorum s̄ deuoationem aīoz. **C**ū  
ergo paulus v̄niſſet athenas epicuri et  
ſtoya p̄bi cū eo diſputabāt **Q**uidam  
autem dicebant **Q**uid ſeminator v̄b  
rum hie v̄lt dicere Alij dicebāt **P**rouo  
rum demōioꝝ uidetur annūciator eſſe  
**A**dducentes ergo eū ad uicū p̄borum  
vt noua doctrina ibidē exāmē reaper  
dixerūt **P**ou a q̄dam inſers aurib⁹ no  
ſtris **V**olum⁹ ergo ſcire quidnā velint  
b̄ eſſe Athenienses autē ad nichil aliud  
v̄cabant n̄ aut dicerē aut audire aliz  
qd noui **C**ū ergo paul⁹ ſingula deoz  
altaria p̄ iuſtiffet et inter cetera dei alta  
re uidiffet dixit illis **Q**uē ignorātes co  
litis hūc ego annūcio vobis v̄rū deum  
qui fecit celū et terrā **D**einde dixit dyo.  
quē ceteris magis doctum in diuinis  
uidebat **Q**uis eſt dyomisi ille de⁹ igno  
tus. **C**ui dyomisi **I**pſe eſt de⁹ ver⁹ qui  
inter deos nō eſt demonstratus **S**; noz  
bis eſt m̄cognitus et nobis ignot⁹ et ſe  
culo venturo futurus et iƿpetuū regnaturus  
**E**t paul⁹ **H**omo an tm̄ ſpirit⁹ eſt  
**E**t dyo⁹ **D**eus et homo ē **S**; ideo i cog  
nitus eſt. qz eius tantū i celis uersacio  
eſt **C**ui paulus **I**lle eſt quē p̄dico qui  
de celis deſcedit. carnem fuſcepit. mortē  
fuſtmuit. ad die tercia resurrexit **C**ū aut  
dyo⁹ adhuc cū paulo diſputaret. forte  
trāſiſt cecus uā corā eis **S**tatiqz di  
xit dyomi. paulo **S**i dixeris huic cēco  
**I**n noīe dei tui uide et uiderit ſtatim cre  
dam **S**; uitatis verbis magis qz for  
te noſti verba q̄ habent hui⁹ efficaciam  
**E**go formam verboꝝ tibi p̄ſcribam **I**n  
hac igitur forma verborum dices ei **I**n  
nomine ihesu cristi nati de uirgine crus  
afixi mortui qui resurrexit et ad celum  
ascendit uide **S**; vt omnis ſuſpitō tol  
latur paulus dixit dyomisio vt b̄ ipſe

verba pferret. Cū ergo in eadem forma  
dyomis⁹ ceco ut uidet dixisset. p̄tin⁹  
vñsum recepit. Statim dyomis⁹ cū das  
mari vñore sua et tota familia baptisat⁹  
est et fidelis effect⁹. Sicq; a paulo per  
trieniū instruct⁹ est at hemis ep̄s ordia  
tus. ubi ille p̄dicacioni insistē ipsam ci  
uitatē et maximā p̄tē regiom⁹ illi⁹ ad  
fidem xp̄i adduxit. Hunc paulus ea que  
in terciū celū rapt⁹ uidit reuelasse dicit  
sicut et ipse dyo⁹ i p̄terisq; locis insinu  
are videt. Unde et de Hierarchijs ipsoz  
angeloz ordinib⁹ et officijs tā luculēt  
et clare disseruit ut n̄ putares ipfū hoc  
ab illo didicisse s; ipfū poa⁹ usq; in ter  
cium celū raptū esse et ibi hec oia d̄spex  
isse. p̄bie spiritu claruit sicut patet in  
ep̄la quā misit ad Jobem eu angelista  
in pathmos insula. Nā m exilio relega  
tum ubi p̄pherauit q̄ redditur⁹ ēst sic di  
cēs. Gaude vere dilecte vere amabil⁹ et  
diligibilis valde dilecte. Et iſra Ex cu  
stodia q̄ est i pathmos dimitteris et ad  
terriā asye reuerteris et facies ibi boni dei  
imitaciones et h̄ijs qui erunt post te tra  
des. Dormiaconi beate marie interfuit.  
sicut ipse in libro de diuinis nominib⁹  
insinuare uidetur. Cum ergo audisset  
petrū et paulū rome a nerone in carcere  
bus detineri. ep̄scopum sibi substituit  
et ad eos uisitando accessit. Verum cū  
illi ad dominum feliciter migrassent et  
postmodū clemens p̄sideret. ab ipso beas  
to clemente post aliqd spaciū tēporis in  
franciam d̄stmat⁹ et sibi rustich⁹ et eleute  
rius socians. Missus igit̄ p̄isi⁹ venit et  
multos ibidem ad fidē ouertit et ecclesiis  
as p̄rimas fabricauit et clericos diversi  
ordinis collocauit. Tanta autem in eo  
gracia celit⁹ emicuit q̄ cū sepi⁹ p̄tifices  
ydoļoz cōtra eū sedicōe; p̄pli cōtarēt et  
p̄pls ad eū pendū sepe cū armis occurse

ret mox illo uiso aut omni feritate depo  
sita se ei⁹ pedib⁹ p̄ueluebat aut nimio  
timore soluti ab ei⁹ p̄sencia fugiebant.  
S; cū dyo⁹ uidēs et iuidēs q̄ cotidie sui  
cultura decresceret et m̄tiplicans fidelib⁹  
ecclesia triumpharet. dominianū impatorē  
in tantā cōmōvit serviciā ut p̄ceptū das  
ret q̄ quicūq; xp̄ianū aliquem repiret  
aut ut ipfū sacrificare cogeret aut diuer  
sis supplicijs cruciaret. Prefect⁹ igit̄ fe  
scenīn⁹ cōtra xp̄ianos p̄isi⁹ a roma di  
rect⁹. beatū dyo⁹ p̄plo p̄dicatē inuenit.  
Statimq; captū colaphizatū d̄spatū. de  
risum et loris durissimis alligatū cum  
sanctis rustico et eleuterio sibi p̄sentari  
p̄cepit. Cū ḡ sancti corā illo i confessione  
dei cōstātes astarēt. Ecce qđā matrona  
nobilis aduemit et uiz suū lubricū turs  
piter ab h̄ijs magis deceptū asseruit. p  
ei⁹ itaq; uiro ac⁹ mittit et i deo confessio  
ne p̄seuerans iuste necatur. sancti vero a  
xi⁹ militib⁹ flagellant. Deinde magno  
pōdere catenaz cōstricti carceri mācipās.  
Sequēti die dyo⁹ sup cratē ferreā sups  
positis flāmis nud⁹ extēdie ubi dñs de  
cātabat dices. Ignitū eloqū tuū vehemē  
ter et hu⁹ tu⁹ dilexit illud. In aut erigit  
ad bestias feroassimas m̄ltō ieiuno exal  
tatas p̄cit. S; cū in eū i petuose curze  
rēt signū crucis opposuit et mansuetissi  
mas eas fecit. Deinde in clibanū iactat⁹.  
S; extēcto igne ml ledit cruci affigit et  
duca⁹ ibidē torq̄t. In deposit⁹ cū suis so  
cijs et m̄ltis alijs fidelib⁹ carceri manac  
pantur ubi dum missam celebraret et  
p̄pli cōmunicaret. dñs ibs eidem cum  
īmenso lumine apparuit et panē accipis  
ens ei dixit. Acce p̄ care me⁹ qz meū  
et maxima merces tua. post hoc iudicā  
presentati itez nouis supplicijs mactat⁹  
et tu⁹ ydolum mercurij cū securib⁹ trium  
capita in confessione trinitatis p̄ciduntur

**S**tatimq; corp<sup>9</sup> sancti dyomisi se erexit  
et caput suū inter brachia angelo duce  
et celesti lumine p̄adente p̄ duo miliaria  
deportauit a loco qui dicitur mōs mar  
tirum usq; ad locū ubi nūc sua electio  
ne i dei p̄uidencia req̄escit. Tanta autē  
ibidē angeloz melodia insonuit ut i ter  
multos q̄ audierūt etiā larcia uxor p̄fecti  
lubrīj xp̄ianā se ēē clamauit i mox ab  
impijs decollata et i suo sanguine bap  
tisata occubuit. Filius aut̄ eius nomie  
urbis rome s̄b trib⁹ impatorib⁹ milita  
uit. Deinde p̄sisus rediens baptisat i re  
ligiosoz numero sociatur. **D**um autem  
infideles metuerent ne sanctoz rustica  
et eleutrijs corps xp̄iam sepeliret iussēt  
vt in seca mergeretur. **A**atrona aut̄  
quedam nobilis vectorem ad prandū  
inuitauit et illis epulatib⁹ sanctorum  
corps furtive scripuit i agro suo occul  
te sepeliri fecit q̄ postea p̄secucōe cessāte  
inde sustulit i corpori beati dyomisi hono  
risice sociavit. Passi fuit anno domini xc.  
vi. etatis vero beati dyo. xc. Tempore lu  
douia legati Michaelis ipatoris ostā  
tinopolitani inter cetera munera detulerūt  
Ludowico filio karoli magni libros  
dyo. de ierarchia de greco i latinū trāsla  
tos qui cū gaudio fuit recepti i. xix. in  
firmi in ipsa nocte i ecclesia eius curati  
**C**um apud arelatū sanctus regis eps  
missaz solemnia celebraret aplorū noz  
mīb⁹ in canone recitatis adiunxit et be  
atis martiribus suis dyomiso rusticō et  
eleufio. Quo dicto cū adhuc dei simu  
los iuere crederet plurimū mirari cep̄  
cir eoꝝ noīa sic nesciēs in canone p̄tu  
lisset. Et ecce eidē miranti tres columbe  
apparuerūt sup̄ crucē altaris residentes  
que sanctoz martiz noīa habebāt suis  
pectorib⁹ sanguine insignita. Quas di  
ligenter intuēs sanctos migrasse a corpe

i telleſit. Circa annū dñi. de. xlīij. Da  
gobnus rex francoꝝ vt i quādā habet  
cromica qui longe ante pipinū regna  
uerat a sui puericia sanctū dyomisiū in  
magna veneracione habere cepit. **N**ā et  
quādo dotarij patris sui iram metuebat  
ad ecclesiā sancti dyo. continuo fugiebat  
**C**um ergo factus iam rex mortu⁹ fuiss;  
cūdam sancto uiro in uisione mōstra  
tum est q̄ aī a ei⁹ ad iudiciū rapta fuit  
et multi sancti suaz ecclesiāz expoliaz  
ionem obiciebat eidē. **C**umq; ergo ma  
li angeli iā ad penas rape eā vellēt af  
fuit beatus dyomisi⁹ i eius interuētu libe  
ratus est i penam euasit forte em̄ cius  
anima ad corp⁹ rediit i ibi penitencā  
egit. clodoueus rex corp⁹ sancti dyo.  
minus religiose discoopīes os brachij  
eius fregit et cupide rapuit qui mox in  
anītia raptus est. **E**t nota qđ ignarius  
episcopus remensis dicit in ep̄la quam  
misit ad karolum. q̄ iste dyo. missus in  
gallā fuit dyo⁹ arriopagita vt sup̄di  
ctum est. Id testat Job scot⁹ in ep̄la  
ad karolum ne forte ratio ex compoto  
temporis contradicat sicut aliqui obicere  
voluerunt. **D**e sancto Alexio

**A**lixius papa anno domini. cc  
xxij. sub alexandro impatore  
martiriū passus est. Cui⁹ tempore  
ribus p̄s emīnētior verbis rome dūo  
est incendio ocremata i similia manus  
iouis aurea liqfacta. Tunc om̄is sacer  
dotes ad alex. impatorē venerunt peten  
tes vt dīj irati sacrificijs placarent. **D**ū  
ergo offerrent subito celo sereno mane  
die iouis dūimo fulmīe. iiij. sacerdotes  
ydolorū mortui sunt. et ara iouis ocre  
mata est et sol obscuratus est ita vt po  
pulus romanus fugeret extra muros.  
**A**udiens autem palmaquis ūful q̄ ca  
sīx cū suis clericis trās tibrim latitaret

*De sancto leonardo*

rogavit ut cristiani per quos hoc mas-  
sum contigerat ad purgacionem ciuitatis  
penitus deterentur. **P**almacius itaqz  
potestate accepta cum illuc cum militibus  
pperasset sed illi protinus excecati  
fuisserunt. teritus alexandro hoc pro-  
tinus nunciavit. **T**unc imperator nis-  
sit ut die mercurij omnis populus co-  
uemiret et mercurio immolaret ut ab  
eo super his responsa acciperet. **N**on  
cum fierat. virgo quedam templi nomi-  
ne Juliana arrepta a demonie exclama-  
vit. **D**eus calixti est verus et viuus  
deus qui nostris est polluacionibus in-  
dignatus. **R**um audiens palmacius tra-  
tibrim ad urbem iauenniam ad san-  
ctum calixtum accessit et cum uxore  
sua et familia se ab eo baptizari fecit.  
**R**um audiens imperator eum acerbitum  
simplicio senatori tradidit ut verbis  
blandis eum moneret ex eo qd rei pu-  
blice plurimum necessarius esset. **P**al-  
macio vero ieiunijs et oracionibus per-  
seuerante venit ad eum quidam miles  
promittens qd si uxorem suam paratu-  
ticam sanaret continuo crederet. **C**um  
ergo palmacius oraret illa sanata. ad  
palmacium cucurrit dicens. **B**aptiza  
me in nomine christi qui tenet manum  
meam et alleuauit me. **T**unc calixtus  
veniens ipsam cum viro suo simplicio  
et multis alijs baptizauit. **N**on audi-  
ens imperator iussit omnes baptizatos  
decollari. **C**alixtum vero quinqz diebus  
sine abo i potu manere fecit. **I**lle au-  
tem uidens eum amplius confortari.  
iussit eum diebus singulis fustigari. de-  
inde per fenestram precipitatum alliga-  
tumqz lasso in puteum precipitari. **A**-  
sterius autem presbiter corpus eius de  
puteo eleuauit et ipsum in amitterio ca-  
lipodij sepeluit.

**L**eonardus odor populi a leos  
quod est populus et nardus  
quod est herba redolens qd os-  
odore bone fame populum ad se trahebat  
vel leonardus dicitur quasi legens ar-  
dua. vel leonardus a leone. **L**eo enim  
quatuor habet in se. **P**rimo habet for-  
titudinem quam fortitudinem ut dicit  
ysidorus habet in pectore et in corpore  
**S**ic beatus leonardus habuit for-  
titudinem in pectore per malarum re-  
frenacionem cogitationum et in capite  
per infatigabilem supernorum contem-  
placionem. **S**ecundo habet sagaci-  
tatem. et hoc in duobus scilicet in aper-  
tione oculorum cum dormiuit et in di-  
rectione vestigiorum cui fugit. **S**ic leo-  
nardus vigilauit per laborem actionis  
mis et vigilando dormiuit per quietem  
contemplacionis et in se delevit vesti-  
gia mundane totius affectionis. **T**er-  
cio habet virtuositatem in voce. qd  
eius vox tercia die suscitat leunculum  
natum mortuum et omnem bestiam fis-  
gere facit gradum. **H**ic leonardus  
multos mortuos in peccatis resuscitauit et  
multos mortuos bestialiter uiuentes. in  
operibus bonis fixit. **Q**uarto habet ti-  
morem in corde quia secundum yrido-  
rum duo timet scilicet strepitum et ig-  
nem accensum. **H**ic leonardus timu-  
it et timendo uitauit strepitum mun-  
dane sollicitudinis et ideo in desertum fu-  
git et ignem terrene cupiditatis et ideo  
omnes thesauros sibi oblatos con-  
tempnit.

**L**eonardus fuisse dicitur circa  
annum domini. d. **H**ic a sans-  
cto remigio remensis archiepiscopo  
de sacro fonte levatus et ab ipso sa-  
lutaribus disciplinis instructus est.

Cui parentes primi in palacio regis  
francie bebatur. sed tantam gratiam a rege  
obtinuit quod omnes in carcere quod ipse  
visitabat proutus absoluebantur. Cum  
igitur fama sanctitatis eius ex crescere  
rex multo tempore eum secum manere coe-  
git donec optimo tempore ei epatum dona-  
ret. Quod ille renuit et solitudinem desiderans  
relictis omnibus aurelianum predicando cum  
fratre suo lifardo deuenit ubi postquam in  
quodam cenobio aliquadiu uiuerunt. dum  
lifardus super ripam ligeris solitarius manes-  
te vellet et leonardus per sancti spiritus ad  
monitionem in aquam disponeret predica-  
re osculantibus se ab invicem discesserunt. Le-  
onardus igitur ubique predicans multa mira-  
cula exercens in quadam silua ciuitati le-  
mouice uiana habitavit ubi erat aula  
regia causa venacionis constructa. Accidit  
autem ut quadam die rex ibi venaretur et  
regina illuc causa delectacionis egressa  
per pectores. Cum ergo rex et familia  
propter regine pectitatem lugeret et leonar-  
dus per nemus transiret et gemencium  
voces audiret. pietate commotus illuc  
aperauit et a rege vocatus proutus intro-  
iuit. Cum igitur a rege interrogatus quis  
esset et se sancti remigii discipulum fuisse  
narraret rex spem bonam concepiens et a  
bono magistro ipsius bene instructum exi-  
stans ipsius ad reginam induxit rogans  
ut suis paibus de recuperata viuage et edi-  
ta ple duplex gaudiu obtineret. Tunc  
ille oratione fusa quod petebat proutus ipse  
trauit. Cum autem rex multa in auro et  
argento sibi offerret ille proutus recusa-  
uit admonens ut huius paupibz daret di-  
cens. Ego nullis horum indigeo sed tantum  
in aliqua siluarum contemptis huius  
modi diuicijs soli christi famulari desidero.  
Cum autem rex totum illud nemus sibi tra-  
dere vellet ille ait. Non totum illud accipio.

Sed quantum nocte eum meo asello circuere  
potero tamen michi credi excepto. Quod rex  
libenter adimpluit. Constructo itaque  
ibidem monasterio ibi diu cum adiunctis si-  
bi duobus monachis in abstinenzia militia  
degebant. Cum autem aqua uno ab eis  
miliario distaret puteum ibidem siccum peni-  
tus fodi fuisse quem aqua oracioribus fuisse  
implevit. locum autem illum nobiliacum  
appellauit eo quod a rege nobili traditus  
sibi fuisset. ibi tantis miraculis choruscav-  
uit quod quicumque eius nomine in carcere iu-  
casset mortis ruptis vinculis nullo contra-  
dicente liber abiret et suas eidem cathe-  
nas vel copedes presentaret. horum plures secum  
manebant et ibidem dominum seruiebant. Sep-  
temque famule de eius nobili stirpe videntis  
omnibus ad eum venerunt et distributis  
singulis nemore ibi cum ipso manentes  
exemplo suo plurimos adtraxerunt. Des-  
mq; sanctus vir leonardus multis clau-  
ris iuribus viij. Idus nouembbris ad  
domum migravit. ubi postquam multa  
fessi miracula clericas illius ecclesie est  
reuelatum ut quia loco ille propter multi-  
itudinis frequetiam artus erat alibi ecclesias  
fabricarent et illuc corpum sancti leonardi  
honorifice transportarent. At illi cum  
populo triduano ieiunio et orationi insis-  
tentibus respicientes widerunt totam pum-  
cam mure cooptam. locum autem illum in quo  
sanctus leonardus quiescere volebat omni-  
no vacuum cōspecturunt. Ibi itaque trans-  
latus. quanta miracula papue circa iace-  
ceratos dominus per eum faciat imensa ferri  
varietas ante eius tumulum dependetis  
testis existit. Vicecomes lemovicensium  
ad terrorem malorum quadratum grauis  
simam cathenam fecerat quam in tipo fue-  
turis affigi mandauerat. qua cathe-  
na quicumque collo cingebatur cuiuslibet aeris  
intemperie expositus non una sed quatuor mille

mortibus angebatur. **A**ccidit autem ut quidam seruus sancti leonardi illa catherina sine culpa ligaretur. **Q**ui cum fere ultimum spiritum efflaret intra se quo potuit voto sanctum leonardum rogauit ut qui alios liberaret sibi cum seruus suo subueniret. **S**tatimque sanctus leonardus in ueste candida sibi apparens dixit. **N**oli timere quia non morieris. **S**urge et hanc catherinam tecum ade ecclesiam meam deferas. **S**eque re me quia ego precedam te. **Q**ui confurgens et catherinam accipiens sanctum leonardum precedentem usque ad ecclesiam suam secutus est. **S**tatimque ut ante foras fuit beatus leonardus ipsum dimisit et ecclesiam intrans que sanctus leonardus sibi fecerat omnibus enarravit et catherinam illam tam maximam ante tumulum eius suspendit. **D**ir qui dām in loco sancti leonardi nobiliaco habitans et eidem sancto valde fidelis existens a quodam tyranno captus est qui tyrannus intra se cogitans dicebat. **L**eonardus iste omnes absoluuit et omnis vis ferri ante eum velut cera ante ignem liquebat. **S**i hunc igitur vinculis ligauero protinus leonardus aderit et ipsum liberabit. **S**i autem ipsum custodire possem mille solidis ipsum redimere facerem. **S**ao igitur quid faciam. **I**n turre mea profundam foueam faciam et hominem huc cōpedibus aggrauatū ibidem subiungam deinde super os fouec ligneam arcam construam in qua armatos milites accubare faciam. licet enim leonardus ferum confringat tamē nondum sub terra intrabit. **Q**o cum totum quod cogitauerat impleuisse et ille homo sanctum leonardum sepius in clamaret. **l**eonardus nocte veniens arcam in qua

facebant milites reuoluit et tanquam mortuos in sepulchro ita eos sub ipsa conclusit. **D**emde multa luce foueam ingressus manum fidelis sui tenuit ac dicebat. **D**ormis an uigilas. **E**cce leonardus quem tu desideras. **A**t ille admittans ait. **D**omine adiuua me. **C**onfessum confractis catherinis apprehensum proprijs vīnis extra turrim portauit. **D**emde secum sicut amicus cum amico confabulans usque ad locum suum et dominum ipsum deduxit. **P**eregrinus quisdam cum a uisitatione sancti leonardi redisset et in auctriam captus in caue inclusus esset eos plurimum deprecabatur ut amore sancti leonardi cum mischil unquam eis offendisset eum relaxare deberent. **Q**ui responderunt quod nisi se copiose redimeret non exiret. **E**t ille. **H**ic inter vos et sanctum leonardum cui me sciatis recommendatum. **S**equenti igitur nocte sanctus leonardus domino illius castri apparuit ut peregrinum suum dimitteret imperauit. **I**lle vero mane quasi sompnum parvpendens nullatenus dimittere voluit. Altera nocte eidem imperans sibi apparuit. **S**ed ille iterum obedire contempsit. **T**ertia vero nocte sanctus leonardus peregrinum accipiens extra opidum deduxit. statimque turris cum media parte castri corruens oppressis pluribus solum primapem ad sui confusionem fractis cruribus reseruauit. **M**iles quidam in britam incarceratus sanctum leonardum inuocabat. qui statim cunctis uidentibus et agnoscendibus et stupentibus in media domo apparuit et carcerem intrans et vincula frangens homini catherinas in manus posuit et per medium illum deducens omnes stupore perterritus.

Fuit et aliis leonardus eiusdem professiois  
et virtutis cuius corporis apud corbiacum  
recessit. Hic cum in monasterio esset per  
latum tanta se humilitate deicebat ut om  
nibus inferiorum uideretur. Sed cum oīs pene  
populus ad eum confluueret. quidam inuidi  
regi dotario susurruit quod misi sibi priuile  
ret per leonardum qui multos sub obtinuit  
religionis colligebat regnum franciae de  
trimentum non modicum sustineret. Qui  
bus rex nimis credulus cum expelli iussit.  
Dementes autem milites adeo huius ur  
bis opūcū fūt. quod se suos futuros disci  
pulos spoponderunt. Rex quod penitens ux  
miam pecijt et detractores rebus et hono  
ribus priuari fecit et sanctum leonardum  
valde dilexit et uix ad paces sancti detrac  
tores dignitati p̄stime restituit. Qui  
a deo sibi impetravit ut quicunqz in carcere  
teneretur mos muocato suo nomine sol  
uerentur. Dum autem quadam die oracioni  
incubueret serpens quidam maximus a pre  
pedum usque in eius sinum tetendit qui  
appter hoc nullatenus ab oracione surrexit.  
Completa vero oracione dixit ei. Bao quod  
ab initio creationis tue homines quantum  
priuales inquietas. Sed nūc si ī me tra  
dita est potestas fac ī me quodquid merui.  
Quo dicto serpens per caput eius exis  
tiens ad pedes eius mortuus corrut. Post  
hunc autem cū duos episcopos discordantes  
sedasset in crastinum se simiendū predixit  
arca annos domini. d. lxx. **De sancto lucas**

**L**ucas interpretatur ipse surgens  
vel eleuans vel dicitur lucas a  
luce. Ipse enim fuit surgens ab  
amore mundi. eleuans se in amorem dei.  
Fuit etiam lux mundi eo quod mundum illu  
minauit universum. **M**athaei. v. vos estis  
lux mundi. Lux autem mundi est ipse sol  
que quidem lux habet ī situ sublimitatem  
Eccl. xxvij. Sol oriens mundo in altis

simis dei. In aspectu delectabilitate Eccl.  
xi. Dulce lumen et delectabile est oculis  
videre sole. In motu velocitate. ij. esore  
iij. Magna est terra et excelsus est celum  
et velociter cursus solis. In effectu utilitate  
quod secundum p̄bū. hō generat homines et sol sic  
lucas habuit sublimitatem per celestium ostē  
placionem. delectabilitate per dulcem conser  
vationem. velocitatem per feruentem predicationem.  
utilitatem per doctrinam sue conscrip  
tionem.

**V**eritas syrus natioē antiochenus  
**L**arte medicina fuit secundū q̄sdā  
vn̄ de Ixxij. dñi discipulū. **D**a  
ne cum Jero. dicit cum fuisse discipulū  
ap̄torū n̄ domini et glo. sup̄ xxv. ego. no  
tet quod dño predicanti nō adhesit sed post  
resurrectionem eius ad fidem venit ma  
gis tenendū ē quod nō fuerit vn̄ de Ixxij.  
licet aliqui fuerunt optimi sic. q̄ tante  
fuit perfectionis in uita ut optime ordinis  
natus fuerit quantum ad deum et quantum  
ad proximum et quantum ad sciphiū et qua  
ntum ad suum officium et in signū huius  
quadruplicis ordinacionis quatuor fa  
ces habere describitur. scilicet faciem hominis  
et leonis leonis et aquile. q̄libet enim de ani  
malib⁹ habebat quatuor facies et quatuor  
pennas ut dicitur eze. j. Et ut h⁹ meli  
us uideatur ymaginemur aliquod animal  
quod habeat caput quadratum. ut lignū  
quadratum et ī q̄libet superficie ymagine  
mur unam faciem a parte anteriori fac  
iem hominis a destris faciem leonis a simi  
stris faciem uulni. a parte posteriori facē  
a quale. Quia facies aquile super alias emi  
nebat appter colli productionem quod ī ea  
longum est ideo dicitur quod erat defup. q̄libet  
enim horū. iij. pennas habebat quod cū  
q̄libet animal q̄si quadratum ymagine  
mur et ī quadrato sint quatuor anguli  
in quolibet angulo erat una pena. Per

ista quatuor animalia sunt sanctos quatuor euangeliste significantur. quorum quilibet habuit quatuor facies scribendo. scilicet de humilitate passioe. resurrectione et divinitate. singulis tamen singulis per quondam appellationes attribuitur. Secundum Ieronimum Matthaeus in homine figuratur. qui principalis circa Christum humanitatem imoratur. Lucas in vitulo ageta in Christi sacerdotio. Marcus in leone euangelicus scribens de resurrectione. Catulus enim Leoninus videtur usque in die tertius. quod mortui iacet in rugitu leonis in die tertio exstantem. Item quod incepit a rugitu predicationis. Jobus in aquila ceteris aliis volans scribens de Christi divinitate Christus etiam de quod scribit omnia ista quatuor fuit. scilicet homo natu de virginine. vitulus in passione. leo in resurrectione. aquila in ascensione. per hanc igitur triplex facies in quibus designatur est lucas sicut quilibet alius euangelista ostendit quater illis. triplex modis fuerit ordinatus. Nam per faciem hominis ostenditur quod recte fuerit ordinatus quartum ad primum quem debet ratione instruere. mansuetudine attinere. et liberalitate fouere. Homo enim est animal rationale mansuetum et liberale. Per faciem aquile ostenditur quod recte fuerit ordinatus quartum ad secundum. quod in eo oculus intellectus ducas deum per contemplacionem. Rosarium affectus ad ipsum exacutus per meditacionem effectus. Benedictus abiciens per nouam conversionem. Aquila enim acutus lumen est ut rotam solis irruerberatis oculis aspiciat et in altum mirabiliter eleuat. pisces in medio mari videat. Rosarium etiam minus ad unum ne impediatur in abo capiendo petre allidit et sic usus abandone abile efficit. Exusta infusus a calore solis. et in fontem magno impetu se piciens senectute abiicit calorem solis oculorum caligine consumente et pennas alleuante per faciem leonis ostenditur quod recte fuerit ordinatus quartum ad secundum. quia habuit generositatem per

honestam morum conuersationem. Sagittatum per insidias hostium uitacionem. et passibilitatem per afflictionem passionem. Leo est enim animal generosum quod rex animalium. Est sagittarius qui vestigia cauda delet cum fugit ne inueniatur. Passibile quod quartanam patitur. Per faciem vituli siue bouis ostenditur quod recte fuerit ordinatus quartum ad secundum officium. quod fuit scribere euangelium ibi enim morose processit quod incepit a nativitate precursoris et nativitate et infancia Christi et sic paulatim processit usque ad ultimam consummationem. Discrete incepit quod post alios duos euangelistas ut quod illi omisisset iste suppleret. et quod sufficienter dipassent omittit. Circa templum et sacrificium imoratur fuit. quod patet in principio et in medio et in fine. Hos enim est animal morosum. in vngulis scissum per quod intelligit discretionem immolacionis. Verum quod beatus lucas in predictis quatuor modis ordinatus fuerit melius ostenditur si uite eius series melius indagetur. Primo igitur ordinatus fuit quantum ad deum. Tripliatus autem ordinatus homo quantum ad deum secundum beatum bernardum scilicet affectione. cogitatione. et intentione. affectio debet esse sancta. cogitatio munda. et intentione recta. Affectus igitur sanctus habuit quod sancto spiritu plenus fuit. Ieronimus in plogo super lucam obiit inquit in betania plenus spiritu sancto. Secundo habuit cogitationem mundam quod fuit uirgo corpe et mente. in qua non erat mundicia cogitationis ipsius. Tertio habuit intentionem rectam quod in omnibus quod faciebat. honore domini querebat. De his duobus ultimis dicuntur in plogo super actus apostolorum. sine crimme in virginitate primi annos. sed quanto ad mundicam cogitationis domino maluit seruire id est ad honorem domini sed quanto ad rectitudinem intentionis.

**S**ecundo fuit ordinatus quantum ad p̄imum. A d̄ p̄imū aut̄ ordinamur cū ei ipendimus qđ debem⁹ Tria aut̄ s̄m p̄. de sancto iuc. sūt q̄ p̄inio debem⁹ scilicet nostrū posse. nostrū nosse. nost̄ velle. et quartū addatur nostr̄ agere. Nost̄ posse in subsidij. n̄m nosse i oſilijs. N̄m agere in obsequijs. Quantum ad h̄ quatuor ordinatus fuit beatus lucas. Dedit em̄ p̄mo p̄imo posse suū in subsidij qđ pat̄ ex hoc q̄ paulo i omnib⁹ tribulacioib⁹ semp̄ adhesit et ab eo nūq̄ discedēs ei de in p̄dicationis subsidium fuit. ij. thi. iiiij. lucas est mecum sol⁹ i hoc q̄ dicit mecum t̄ ang⁹. s. adiutor et defensor. N̄ta q̄liter sibi subsidia p̄stitit In hoc q̄ dicit sol⁹ N̄ta q̄ constanter ei adhesit. Itz. ij. cox. viij. dicit de iuc. N̄o solū aut̄ sed ordinatus est ab ecclesijs soa⁹ pegrina ciomis n̄re ic̄. Secundū suum nosse in consilijs. Tūc. n. suum nosse p̄imo tribuit. cū doctrinam applicā et euāgelicā quā ipse nouerat ad utilitatē p̄imoꝝ cōscripsit. De h̄ ipse sibi testat i plogo suo dicens. visum est et michi assecuto a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime theophile ut agnoscas eoz verbos de quib⁹ es erudit⁹ veritatē Qua liter etiā p̄buit suū nosse in oſilijs pat̄ ex illo verbo qđ dicit Jero. in plogo q̄ eius verba anime languētis sūt media. Tercio ei⁹ velle i desiderijs qđ pat̄ ex hoc q̄ eis salutem eternam desiderauit Col. iiiij. Salutat vos lucas medicus salutat. i. salutem eternā exoptat. Quar to eius agere i obsequijs qđ pat̄ ex h̄ q̄ dominum quē aliquē pegrinū extimabat hospicio recepit et ei omne obsequiū caritatis exhibuit. Fuit em̄ socius cleopha dum ibat i emaus sicut aliqui differunt p̄ut refert grego. i moꝝ. licet

amb̄. dicit alium fuisse cuius etiā no men pom̄it Tercio fuit bñ ordinat⁹ quā tuin ad seipsum Tria aut̄ sunt secundū berñ. que ordnat hominē ad seipsum et sanctum faciunt. s. iuc ⁊ sobrinus. ac ⁊ iustus. sensus pius et qđlibet horū secundū ipsum berñ. in tria dividit vīctus inqt̄ sobrinus erit si otinentez. si socialiter si humiliter uixerim⁹ A c ⁊ iust⁹ erit si fuerit rect⁹ discretus fructuosus Rect⁹ p̄ bonam intencionē. discretus p̄ bonam intencionem et omenfacionem. fructu osus p̄ edificationē. Sensus pius erit si fides nostra sentit deū sume potntem. sume sapientem. sume bonum. vt p̄ ei⁹ potentiam nostā credam⁹ iuuari i firmatē. p̄ eius sapientiam nostā credam⁹ corrigi ignorāciā p̄ eius bontatē d̄ lui iniqtatē Hec berñ. In hijs oib⁹ beatus lucas fuit optime ordinat⁹ p̄ris mo enim habuit vīctum sobrium et h̄ tripliciter q̄ uixit otinentez. Nam vt te statur Jero. de eo in plogo sup̄ iuc. ip̄e nec uxore vnq̄ habuit. nec filios. De cūdo socialit̄ h̄ notat i h̄ q̄ dicit d̄ ipso et de cleopha Unc. vlti. Duo ex discipulib⁹ ibat ic̄. ipsa die. ic̄. Socialitas em̄ notat i hoc q̄ dicit duo. et ex hoc q̄ dicit discipuli. q. disciplinati. i. bene disciplinati. Tercio humiliter. cuius humilitas insinuatur in hoc q̄ nomen socij sui. s. cleopha exp̄ssit et suū tacuit. Nam secundū opinionem quorundā lucas ex humili tate nomē suum siluit. Secundo habuit actum iustū qui qđem actus fuit rect⁹ p̄ intencionem hoc notatur i oracōe cū dicitur crucis mortificacōem iugiter in suo corpore p̄ tui nominis amore portauit. Discretus p̄ moderacōem. Unde in forma bouis molistratus est q̄ unguīa findit p̄ qđ virtus discretionis exp̄mis. fructuosus p̄ edificationem. adeo q̄ p̄

fuit primis qd ab omnibus lissis habebatur. vñ col. iij. vocatus ab aplo knis  
**S**alutat vos lucas inq̄t medicus knis  
Tercio habuit sensum pnum quia cre-  
didit in suo euangelio professus est de-  
um esse summe potentem. summe sapiente  
summe bonum. **D**e duobus primis di-  
ctis in quarto capitulo. Stupabant in do-  
ctrina eius quia in potestate erat sermo  
ipsius. **D**e tercio patet. xvij. capitulo o.  
Remo bon⁹ nisi sol⁹ de⁹. **Q**uarto et ultim⁹ fuit optime ordinat⁹ quia tantum ad  
suum officiū qd fuit scribere en angelū  
**I**n hoc autē patet q̄liter ibi fuerit ordo  
natus quoniam ipsum suū euangeliū  
fulcitur m̄ta veritate. **E**st autē triplices ve-  
ritas s. uite iusticie et doctrine. Veritas  
uite est adeq̄cio man⁹ ad ligiam. Veritas  
iusticie est adeq̄cio sententie ad causam.  
Veritas doctrine adeq̄cio rei ad melum  
**H**ac triplex veritate ipsū euangeliū ful-  
cat qd in ipso euāgeliō h̄ triplices veritas  
edoceat. **O**stendit. n. lucas ante xp̄m hac  
triplicē veritatē in se habuisse et alios do-  
cuisse. **O**ndit autē xp̄m hac veritatē habu-  
isse p̄ testimoniū aduersariorū sicut patet  
Iu. xxvij. **A**magister scimus quia recte-  
dias et doces ecce veritas et doctrina et  
nō accipis psonā ecce veritas iusticie.  
**S**ed in veritate uiā dei doces. ecce veri-  
tas uite. bona em̄ vita dicit ui. i. dei. **S**e-  
cundo ostendit in ipso suo euāgeliō. et  
stā hac triplicē veritatē docuisse. **P**rimo  
em̄ ibidē doceat veritas uite q̄ obilit̄ i ob-  
seruacione mādatoꝝ dei. **V**n̄ dicit. x. e  
**D**iliges dominū deū t̄c. hoc fac et vnuas  
Iu. xvij. interrogavit eū t̄c. **Q**uid faci-  
endo utā eternā possideo. Et seqꝝ **M**an-  
data nosti. **N**on ocaedes t̄c. **S**ecundo  
veritas doctrina. **V**nde quibusdam hac  
veritatem doctrine puerentib⁹ dicebat  
xi. c. **V**e vobis phariseis q̄ deamatis id

est decimanda p̄dicatis mētam et rutam  
et omne olus et p̄teritis iudicium et carita-  
tem dei t̄c. **I**tē ibidē. ve vobis legisp̄itis  
qui tulistis clauem sciencie t̄c. Tercio  
veritatis iusticie ostenditur. xx. c. **R**eddi-  
te ergo que cesaris fuit cesari et que des  
fuit deo. **I**tē xix. c. **V**erūptamen inimicos  
meos illos qui voluerunt me regnare  
sup se adducere huc et interficere ante me  
**I**tem. xij. vbi agitur de iudicio vbi res  
pbis dic turus est. **D**iscedite a me om-  
nes oparij iniuriantis. **S**ecundo ei⁹ euā-  
gelium repicit multa utilitate. **V**nde  
et ille qui scriptis medicus fuit ad designa-  
nandum qd nobis medicinam utilissimam p̄pinawit. **E**st autem triplices medi-  
cina. curativa. p̄seruativa et meliorativa.  
hanc triplicem medicinam nob̄ lucas  
in suo euangelio celestem medicum os-  
tendit p̄pinasse. **M**edicina autem curati-  
ua est que curat a morbo et hec est p̄mis-  
tencia q̄ omnes morbos spirituales cu-  
rat. **H**anc medicinam dicit medicum ce-  
lestem nobis exhibuisse cum ait. xij. c.  
Sanate cōtritos corde p̄dicante captiuis re-  
missionem t̄c. **I**tē. v. c. **N**on veni vocare  
iustos t̄c. **M**edicina meliorativa est q̄  
sanitate auget et hec est obseruacio cōsilii  
orum. consilia enim hommē meliorem  
et pfectorem faciunt. hanc medicinam  
ostendit medicū p̄pinasse. xij. c. cum  
ait. **O**mnia quecumq; habes vnde et da  
paupibus t̄c. **I**tē vi. c. ab eo qui au-  
ferit tibi vestimentum t̄c. **M**edicina autē  
p̄seruativa est q̄ p̄seruat a casu et h̄ ē ui-  
tatio occasionum peccandi et malarū  
societatum. **H**anc medicinā ostendit me-  
dicum tradidisse cum ait. xij. c. **A**ttendis  
te a fermento pharisorum etē. **O**bi edo-  
cet malorū cōsorsia evitare. **V**el potest di-  
ci qd ipsū euāgeliū m̄ta utilitate rep̄ies  
qm̄ in ipso virtus ois sapiēcie dīinetur

De hoc sic dicit amb̄z. lucas oēs sapie  
ce virtutes euangelij sui cōpleteū hys-  
toria. docuit. n. natalia cū et spiritu san-  
cto dominicā ī carnacionem extitisse rez-  
seravit. Vnde et dāuid naturalē docens  
sapienciam ait Mitte spiritū tuū ī crea-  
tū cū docuit tenebras in passione cristi  
factas terram tremuisse. solem radios  
extraxisse. docuit moralia cū in ipsis be-  
attitudinib⁹ mores docuit Docuit ratiō-  
nalia cū ait Qui fidelis est in minimo  
et ī magno fidelis est Sime hac triplid  
sapiencia ipsa fides ipsum misteriū trinitatis  
esse nō potest. hoc est naturali rō-  
nali ī morali. Nec amb̄z. Tercio eius  
euangelium decoratur multa venustate  
eius enī stilus et modus loquendi val-  
de venustus et decor⁹ est. Ad hoc autē q̄  
aliquis in dictis suis venustatem ī deco-  
rem teneat. tria sunt necessaria q̄ tradit  
aug⁹. s. vt placeat. vt pateat et vt mos-  
ueat vt placeat debet loqui ornare. vt  
pateat debet loqui apte vt moueat debet  
loqui cū feruore bunc triplice modum  
habuit lucas in scribendo et in p̄dicando  
De duob⁹ primis. iij. cox. viij. Aliim⁹  
autem cū illo fratrem Glo. barnabā vel  
lucam cunus laus est in euangelio p̄ ex  
omnes ecclesias In hoc q̄ dicit cuius  
laus est īc. Rotaf q̄ locut⁹ est ornare  
In hoc q̄ dicit p̄ omnes ecclesias Rot-  
af q̄ locut⁹ est apte. q̄ autē cū feruore  
locutus sit patet ex h̄ q̄ cor ardens ha-  
buit dices Rōne cor nost⁹ ardēs erat  
in nobis īc. Quarto eius euangelium  
auctentificatur multorū auctoritate. mul-  
torum quippe auctoritate auctentificatū  
fuit qm̄ a patre fuit p̄ ordinatū Jere.  
xxxi. ecce dies veniet dicit dñs et feriā  
domini ist⁹ et do. iuda fedus nouū nō se  
cundum pac̄tū qđ pepigi cū patrib⁹  
eorum īc. Sed hoc erit pac̄tū qđ feriā

cū domo ist⁹ p̄ dies illos dicit dñs da-  
bo legem meam in iusceribus eoꝝ īc.  
ad literam loquitur de doctrina euāge-  
lica Secundo a filio corroboratū Vnde  
dicitur in codē euangelio. xi. c. celum ī  
terra trāsibunt verba aut̄ mea nō trās-  
bunt Tercio a spiritu sancto inspiratum  
Vñ dicit Jero. in plogo sup luē. Hā-  
cēto instigante spiritu in achaie partib⁹  
hoc scripsit euangelium Quarto ab an-  
gelis p̄figuratū fuit enī p̄figuratū ab  
illo angelō de q̄ dicitur apo. xiiij. Vidi  
angēlū dei volantē p̄ mediū celi habē-  
tem euangelium eternū Istud autem  
euangeliū dicit eternū qđ ab eterno effi-  
cienter id ē a cristo q̄ est etern⁹ de eteris  
materialiter ad eterna s̄lē in eternū p̄p̄ci-  
aliter Quinto a p̄phetis p̄nuntiatū Rā-  
eze. p̄pheta istud euangeliū p̄nuncia ut  
cū vnum de animalibus faciem virtutis  
habere dixit p̄ qđ euangelium luce signū  
est vt supra dictū est Itē qñ dictum  
est eze. ij. se uidisse libz qui erat script⁹  
intus et foris et in quo erant scripta la-  
mentū carmē et v̄e. Per hūc enī librum  
intelligitur euangelii luce qđ ē scriptū  
intus p̄ p̄fundī misteriū occultacōem  
et foris p̄ hystorie aptōem ī quo etiam  
cōtinetur lamētū passionis carmen re-  
fūrēctionis et v̄e etime dampnacionis  
sicut patet. xi. c. cū multa v̄e ponūtur  
Sexto a uirgine rescrutatū v̄go enim be-  
ata omnia in corde suo seruabat et di-  
ligenter offerebat vt dicitur luē ij. vt h̄  
postmodum scriptorib⁹ rescraret vt di-  
cit glosa ibidē omnia que de domino vel  
a domino facta vel dicta agnouit in  
memoria recolebat vt cū tēp̄ p̄dicande  
vel scribende ī carnacionis adiunctorit suf-  
ficiens umūsa putēt gesta possit expli-  
care querentibus Vnde etiā bernardus  
assignās rationem quare angel⁹ beate

virgin nuncavit conceptum elisabeth ait  
ideo conceptus elizabth nuncat marie  
vt dū nūc saluatoris nunc precursoris  
edoetur aduentus rerū tempus et ordi-  
nem tenens ipsa postmodū melius scrip-  
toribus ac p̄dicatorib⁹ euangeliū reseret  
veritatem. que plene de omnib⁹ a prima  
p̄io celitus fuit instructa misterijs. Cre-  
ditur igitur q̄ euangeliste eam de mul-  
tis inquirebant et ipsa eos certificabat.  
et specialiter creditur de beato luca q̄ ad  
eam tamq̄ ad archam testamēti cucur-  
rit et ab ea de multis certificatus fuit. p̄  
apue de hijs que sibi soli cōstabant. sic  
de angelica annūciacione et xp̄i nativitate  
et hui⁹ de quib⁹ sol⁹ lucas ait. **H**ept  
tim⁹ ab aplis intimatū. Cū vero lucas  
nō fuerit cū cristo in omnibus ac tib⁹  
et miraculis cristi. ideo suum euangeliū  
scripsit secundum q̄ apostoli qui presen-  
tes fuerant sibi intimauerunt et rerulerint  
sicut ipse in plogo suo insinuat dicens.  
**S**icut tradiderunt nobis qui ab inicio  
ipsi iuderunt et ministri fuerunt sermo-  
nis tē. Cum enim dupliciter difuerit fer-  
ri testimonium scilicet de visis et de au-  
ditis ideo dominus vt ait augustinus  
duos testes voluit habere de visis scilicet  
matheum et iohannem et duos de audi-  
tis scilicet marcum et lucam. Et quomodo  
am testimoniu⁹ qđ est de visis firmius et  
cerius est quā illud qđ est de auditis.  
ideo vt dicit augustin⁹ duo euangelia  
que sunt de auditis ponuntur media tan-  
q̄ infirmiora ab illis extremis q̄ sunt  
ceriora. hinc inde fulciantur et roborēt  
**O**ctauo a paulo mirabilitez appbatū  
Nam eius euangeliū mirabilitez app-  
babat quādo ad confirmationē dicitur  
suum luce euangeliū adducebat. **V**n-  
diciat Jero⁹ in libro de uris illustribus  
**Q**uidam suspicant quo censūq; pau-

lus in epistolis suis dicit secundū euani-  
gelium meum de luce significare volu-  
mine. **E**ius etiam euangelium mirabilit̄  
appbavit cum de eo scribit. ij. cor. viij  
eius laus est in euangeliō per omnes  
ecclesias. Legitur in hystoria antioches-  
na q̄ dum xp̄iam qui erant i antiochia  
multis flagicijs se dedisset obfessi a m̄t-  
tudine turcorū fame ac miseria m̄tiple  
affligeabantur. Sed cum plene ad do-  
minum per penitentiam fuissent ouersi.  
apparuit in ecclesia sancte marie de tri-  
poli vigilanti. **V**ir quidam lucad⁹ can-  
didis vestimentis induitus et cum quereret  
quisnam esset dixit se esse lucam qui de  
antiochis venerat ubi dominus milicā  
celi et apostolos et martires conuocau-  
erat ut p̄ o suis peregrinis pugnaret cel-  
stiani igit omnem turcorū exercitum co-  
fregerunt. **D**elco trilimto et daria

**C**risantus filius pollim uiri illu-  
strissimi dū fidem christi edocet⁹  
esset et a patre ad ydola reuocari  
nō posset nūssit eum patr̄ in cōcla-  
ui recludi t. v. puellas eidē vt eaz sedu-  
catur blandicijs sociari. **Q**ui cū orasset  
deum ne a fera pessima carnali sc̄z occupi-  
scencia superaret. Continuo predicte pu-  
elle sompno opp̄sse nec potum nec abū-  
sumere poterant sed educite exterius cōt-  
nuo hec sumebant. Tunc daria virgo  
prudentissima de eeste dicata rogat vt  
ad crisantū itrocat et eū dīs et patri re-  
stituat. **Q**ua ingressa et a crisanto de pō-  
pa vestrum reprehensa. **M**endit se n̄ p̄p  
pompam sed vt dīs et patri eum lucifera  
ceret sic indutam. **C**um crisantū iterum  
eam reprehenderet cur p̄ dīs illos cole-  
ret quos actores ipsoꝝ flagitosos sp̄-  
ueros et impudicas feminas affirmar-  
ent. Respondit daria philosophos per  
nomina hominum elementa sanxisse.

Cui grisantus Si unus errā ut deam  
veneretur et alter ut rusticus aret plus  
rustico quā veneranti exhibere pbatur et  
de mari et alijs similiter Tūc grisantus  
et daria ab eo ouersa sancti spiritū copu-  
la vni et carnale matrimoniu simulante  
ad xp̄m plurimos ouertebant Nam  
et claudium tribunū qui pri⁹ ei⁹ tortor  
fuerat cū uxore eius et filijs et pluribus  
alijs militib⁹ ad fidem ouerterunt Gris-  
santus igit̄ nūssu numeriam iſetdissimū  
carcerem recluditur Sed feroz i odoz  
suawissimum cōmutatur Daria autem  
lupanari tradit⁹ leo ab amphiteatro  
fugiens hostiari⁹ lupanaris efficiat Mit-  
titur igit̄ quidā ut virginem corrūpat  
sed a leone capit⁹ i q̄si innuēs a scā qđ  
de captiuo fieri iubeat sciscitatur Que p̄  
cepit ne eū ledet⁹ s ad se venire pmitte-  
ret Qui mox cōuersus p urbē cucurrie  
et dariam deam esse clamare cepit Mit-  
tuntur igit̄ venatores ut leonē capi-  
ant⁹ s oēs a leone capiunt⁹ et ante pedes  
virginis ponunt⁹ et ab ea cōvertuntur  
Tūc pfect⁹ copiosum ignem iussit i in-  
troitu celle mitti ut leo cū daria cōbu-  
ratur Qđ leo considerans timuit et rugi-  
ens a virgine licenciam accepit ut nul-  
lum ledens quo vellet abiret Cum ergo  
grisanto pfectus et darie diuersa penas  
rum supplicia irrogaret i nequaq̄ ledi  
valeret tandem inuolati omnes i foueā  
deponuntur et terza et lapidib⁹ obruti  
cristo martyres consecrantur Horum so-  
lemnitas hic crebrius recolitur.

**D**e undecim milib⁹ virginis  
**U**nideam milium virginū passio  
hoc ordine celebrata fuit In  
britamia namq̄ rex xp̄iamissim⁹ qđam  
fuit noīe noth⁹ vel maurus qui quādā  
filiam noīe versulam generauit hec mis-  
tabili mox honestate sapia et pulchritu-

dine pollebat ita q̄ ei⁹ fama ubiq̄ voi-  
labat Rex aut̄ anglie cū nimis p̄potens  
esset i multas nationes suo impio sb-  
lugaret audita hui⁹ virginis fama bea-  
tum se p omnia fatebatur si pdic̄ta vir-  
go suo vniuersito copularetur Juuenis  
etiam ad h plurimū estuabat Attunc  
igit̄ solempnes nūcas ad patrem vir-  
ginis magnis pmissionib⁹ et blandicijs  
magnas adientes nimis si ad dñm  
suū vacui reuertant Rex aut̄ cepit plu-  
rimum ampliari. tū qz xp̄i fide insigita  
cultori ydoloz tradere indignū duceret  
num qz ipsam nullaten⁹ osentire agno-  
seret. tū qz regis ferocitatem plurimum  
formidaret Ipsa autem diuinitus i spira-  
ta patri suauit ut pdicto regi assenſū p-  
beret ea tamen odiacione pposita ut ipse  
rex cū patre. p. virgines electissimas si-  
bi ad solacium traderet i tam sibi quam  
alijs mille virginis assignaret i opatis  
teribus iduas triennij sibi daret ad de-  
dicacionem fue virginitatis et ipse iuue-  
ns baptisatus in hijs trib⁹ animis i fide  
instrueret Sapienti siquidē usus o filio  
ut aut difficultate pposito odiiciois ami-  
mum eius ab h auerteret. aut hac optu-  
mitate predicas virgines secū dedicat⁹  
At iuuenis libenter hac odiacione accep-  
ta apd patrem institit i p̄tin⁹ baptis-  
tus accelerari cuncta que beata virgo  
p̄cepat impauit Pater autem puelle or-  
dimauit q̄ filia sua quā ualde diligebat  
viros quorum solacio tam ipsa q̄ eius  
exercitus indigebat in cōmitatu suo ha-  
beret Undiq̄ igit̄ virginis cōfluunt  
Undiq̄ uiri ad tam grande spectaculu-  
currunt. Nam multi ep̄i ad eas cōflu-  
runt ut secū pgerent inter q̄s fuit pan-  
tulus basiliensis episcopus q̄ eas usq̄  
romam pduxit et inde reuersus cum eis  
martiriū suscepit. Sancta q̄ gerasima

regina falle quē usum suū regem ceul  
delissimum quasi de lupo fecerat agnum  
sozor macrisi episcopi et darie matris  
sancte vrsule cū elde pater sancte vrsu  
le secretum p literas itimasset cōtinuo in  
spirante deo cum. iij. filiab⁹ suis. babil  
la. iuliana. victoria. et aurea et puulo  
suo adriano qui amore sozor⁹ suarum  
vltro se pegrinacōm̄ īgessit relicto reg  
no in manu vni⁹ filij sui usq; ī britani  
am angliam nauigauit. Cui⁹ consilio  
wrgimes de diuersis regnis colligebant  
et eorum semp̄ duc̄trix existens cum eis  
tandem martirii passa est. Juxta odicū  
igit wrgimib⁹ trierb⁹ ī ſuptib⁹ pparatis  
cōmilitonib⁹ suis regna secreta reue  
lat ī in nouam milicam omnes diuīnat  
Nam modo belli pludia inchoāt. modo  
curzūt modo discurrunt. Interdū bella  
plerumq; fugam simulant. omniq; ge  
nere ludor⁹ exercitate nichil qđ animo  
occurrebat reliquebant itactum aliquā  
meridie aliquā uix vſpere redibant. Cō  
fluebant p̄ceres ī primates ad tā gran  
de ſpectaculum et omnes admiratōe et  
gaudio replebantur. Tādem cū vſule  
omnes ad fidem wrgimes ouertisſet ſub  
vnius diel ſpacio flante pſpero vēto ad  
portum gallie qđ tyella dicitur et inde  
coloniā deuenierunt ubi vſule angel⁹  
domini apparuit ī p̄dixit eas illuc inten  
gro numero reuersuras ī coronas ibi  
dem martirij pcepturas. Inde igitur ad  
angeli admōmōnēm romā tendentes  
ad urbēm basileam applicuerunt ī ibid  
relicti naib⁹ romam pedestres ve  
netunt. Ad quarum aduentum papa  
cyriacus valde gauisus cum ipse de bri  
tamia oriundus esset et multas ibidē in  
ter eas ſanguineas haberet cum omni  
clero ipsas ſummo cum honore fuſcepit.  
In ipsa autem nocte pape diuinitus re

uelatur eum cum iphis wrgimib⁹ pals  
mam martirij pcepturum. Quod apud  
se celans multas ex iphis qđ adhuc bap  
tizate non fuerant baptisauit. Verum cū  
opportunum temp⁹ uideret et anno uno  
et. xi. ebdomatibus post petrum ecclesi  
am decimus nonus reſiſſet in conuentu  
ommium ppositum ſuum in diuīnat ī co  
ram omnib⁹ et dignitati et officio reſig  
nauit. Sed cum omnes reclamarēt et  
maxime cardinales qui eū delirare pu  
tabant eo qđ relicta pontificatus glo  
ria post quasdam mulierculas fatuas  
ire vellet. Ille nullatenus acquiescens  
quendam wrum sanctū qui metos dict⁹  
est loco ſui in pontificem ordinauit. Et  
quia ſedem apostolicam in uito clero re  
liquit. Nomen eius de catalogo ponti  
ficium idem clerus abraſit omnemq; gra  
diam quā ſace; ille wrginum chorus in  
curia romana habuerat a tempore illo  
amisit. Duo aut̄ iniqui p̄ncipes roma  
ne miliae ſcilicet maximus ī aſſicanus  
uidentes magnam wrginū m̄titudinē  
et qđ multi multeq; ad eas ofluueret timu  
erunt ne p̄ eas mm̄is cresceret religio  
xp̄iana. quāpter ite; eoꝝ diligenter  
explorantes nūcios miserūt ad uolum  
ognatum ſuū p̄incipem gentis hunor⁹  
vt educ̄to oſtra eas exeratu ipſas cum  
xp̄iane eſſent cū venirent coloniam tru  
cidarent. Heatus igitur cyriacus cū illa  
nobili wrginum multitudine de urbe  
egressus est. Secutus est autem ipſum  
iuncenatus p̄ſbitez cardinalis et Jaco  
bus qui de britania patria ſua in ani  
mochiam profectus archiepiscopatus  
dignitatem. viij. annis ibidem tenuit.  
Qui cum papam tunc temporis uifis  
tasset et iam urbēm egressus de wrgi  
num aduentu audisset. conatus rediſſe  
et itineris ac passionis ſe eis ſocium fecit

Mauricius q̄b leuticanē vrbis episcopus  
auūcul⁹ babile ⁊ iuliane. nec nō ⁊ fol-  
larius lucensis episcop⁹ et sulpicius taues-  
nensis ep̄s qui tunc romā aduenerant  
p̄dic̄tis uirginib⁹ adheserūt Ethere⁹ q̄b  
sp̄s beate vrsule manēs in britania  
p̄ uisionem angelicam a domino admō-  
netur ut matrem suam hortaretur fieri  
xp̄ianam Nam pater eius primo āno  
quo xp̄ian⁹ factus fuerat mortu⁹ est et  
filius eius ethere⁹ eidē in regno successit  
Cū autē sacre uirgines cū p̄dictis episco-  
pis a roma redirent ethere⁹ a domino  
admonetur ut p̄tin⁹ surgēs spōse sue  
occurrat ut cū ea in colonia martirij  
palmiam acapiat Qui diuinis momitis  
acq̄escens matrem suam baptisari fecit  
et cū ipsa ⁊ sorore sua puula florentina  
iam xp̄iana nec nō ⁊ clemente episcopo  
ipsis uirginib⁹ obuians se ad martiriū  
sociauit eisdē. Marcius q̄b episcop⁹ gre-  
cie ⁊ neptis sua cōstancia filia dorothēi  
regis cōstantinopolitani q̄ nubēs cūdā  
adolescenti filio cuiusdā regis. sed ante  
nupcas morte p̄uenito uirginitatē suā  
domino vovit p̄ uisionem admomiti ro-  
mam venerunt ⁊ p̄dic̄tis uirginib⁹ ad  
martiriū se iunxerunt Omnes igitur  
uirgines cū p̄dictis episcopis colomā  
redierunt et ipsam iā ab humis obcessā  
iuenerunt Quas barbari uidentes sup-  
eas cum clamore nimio irruerūt. et q̄s  
lupi seuentes in oues totam illā multi-  
tudinem occiderunt Cum autē ad beatā  
vrsulā ceteris rugulatis remisent. uidēs  
princeps eius miram pulchritudinē ob-  
stupuit ⁊ solans eam sup necem uir-  
ginum pmisit q̄p eā sibi in oīugē copu-  
laret Sed cū hoc illa penitus respūsset  
ille st̄ep̄tū se uidens directa sagitta eam  
transfixit ⁊ sic martiriū osūmauit. Que-  
dam autē uirgo noīe cordula timore

p̄terita iā nauī nocte illa se abscondit  
Sed in crastinum sponte morti se of-  
ferēs martirij coronā suscepit Sz cum  
eius festum nō fieret eo q̄p cū alijs pas-  
sa nō esset ipsa post longum tēp⁹ cuīdā  
recluse appariuit p̄cipiens ut sequēti die  
a festo uirginū eius q̄b solemnitas reco-  
latur Passe fūt autē anno dñi. cc. xxvij  
Racio autē temporis ut quibusdā placet  
non sustinet q̄p b̄ tali tēpore sint pac̄ta  
Bialia em̄ tūc n̄ erat regnū nec ostan-  
tinopolis. cū hic fuisse dicas cum uirgi-  
nib⁹ has reginas Verius credit q̄p diu  
post cōstantinū impatorē cū humi et  
gothi seuebat t̄le sit martiriū celebratū  
tempore s. marciā ipatoris ut in qđā  
cromica legie qui regnauit anno domī  
cccc. lij. Abbas quidam ab abbatissa  
colomie corp⁹ v̄m⁹ uirginū iperauit p̄-  
mittens q̄p ipsam in capsā argenteā iā sua  
ecclēsia collocaret Sed cum p̄ annum  
integrum s̄b altari eam in capsā lignea te-  
nuisset. quadam nocte dū abbas ipsi⁹  
monasterij cum suo cōventu matutinas  
cātarat Virgo illa corporalit̄ defup̄ altar-  
iī descendit et ante altare reuerent se icli-  
nans p̄ mediū chōz uidētib⁹ monachis  
et stupētib⁹ inde recessit Abbas igit̄ ad  
capsam currēns ⁊ vacuā ipsam muem-  
ens colomiam p̄perauit ⁊ abbatisse rel-  
ordimē intimauit p̄gentesq; ad locū  
vnde illud corp⁹ fūpserat illō ibidē muc-  
nerunt Cū abbas v̄mā p̄tē illud vel  
aliud p̄ceret certissime p̄mittēs capsam  
p̄cōsam cia⁹ se factuz nullaten⁹ ipetrā-  
uit Religiosus quidam cū has uirgiēs  
in deuocione multa haberet quadā die  
dū grauiter infirmaretur uidit quādā  
uirginem pulcherrimā sibi apparentem  
et si se dgnoscetet inq̄rentē Q̄ui cū ad  
eius uisionē miraret ⁊ se nequaq; ipsā  
dgnoscere fatret illa ait Ego fū vna

virginum erga quas tantū habes deū  
a omis affectū. Et ut inde mercedem ac-  
capias si amore et honore nostri vnde  
es milies dominicam oracionem dixeris  
in hora mortis in ptectionem et solaci-  
um nos habebis. Quia dispente ille  
quācius potuit hec implevit. Statim  
qz vocato abbate mngi se fecit. Qui  
cum vngretur subito exclamavit vt  
fugerent et vementibus sacris virginibz  
locum darent. Quem cum abbas quid  
hoc esset interrogaret et ille pmissionez  
virginis sibi per ordinem enarrasset. re-  
cedentibus cunctis et paulo post redeun-  
tibus ipsum migrasse inuenierunt. **D**e **S**imeone et **I**uda

**S**imon interptatur obediens vel  
ponens tristiam. Hic habu-  
duplex ognomen. dictus est em symō  
zelotes et simon cananeus a cana uico  
galilee ubi domin⁹ aquam in unū mu-  
tauit. et idem est zelotes qd canane⁹ ca-  
na enim zel⁹ interptatur habuit igitur  
obedientiam pceptoz p execucioni. tri-  
stiam afflictionē per cōpassionem. zel⁹  
animaz per constantem feruorem. Iu-  
das interptatur confitens vel glorioſ⁹  
vel iudas qsi hubil⁹ dans Ipse enim ha-  
buit confessionem fidei. gloriam regni.  
et hubil⁹ in termi gaudijs. Hic multiplex  
habuit ognomen dictus enim iudas ia-  
co bi suple frater fuit enim frater Jacobi  
mimoris. Secundo dictus est thadeus  
qui interptatur apprehendens principem  
vel dicitur thade⁹ a tharea et de⁹ tharea  
diatur esse vestis regia dei per ornamen-  
tum uirtutum per quā apprehendit prim  
apem xp̄m vel thade⁹ qsi tam de⁹ id est  
magnus de⁹ scilicet per adopcionē. Ter-  
cio dictus est in bystoria ecclesiastica  
lebeus qd sonat qsi cor vel coru⁹ id est  
cordis cultor vel lebeus qsi lebes cor per  
magnam uitatem coru⁹ per puritatem

lebes p graciā plenitudinem qz qsi ol-  
la i vas uirtutum i gracie esse pmeruit  
Eoz passionem et legendam hebraice  
abdiās episcop⁹ babilomie ab ipsis a-  
postolis episcop⁹ ordinat⁹ scripsit quā  
in post abdie discipul⁹ trāstulit i grecū  
african⁹ in latinum. **D**e **S**imeone et **I**uda

**H**emon chanane⁹ et iudas qui  
et thade⁹ fratres fuerunt Iaco-  
bi mimoris et filij marie cleophe que al-  
pheo nupta fuit Judas ad abagazum  
regem edisse a thoma missus post ascen-  
sionem domini legitur em i ecclesiastica  
bystoria qz predictus rex abagarus  
dño nro ihesu cristo in hūe modū epis-  
tolā delmavit Abagar⁹ euchame fili⁹  
ihesu saluatori beato q apparuit in locis  
Jerosolimo⁹ salutē auditū ē michi de-  
te et sanctatibz qz facias qz sine medicis  
mētis aut herbis siā ista p te i qz verbo  
facias cecos uidere claudos ambulare. le  
prosos mūdari. et mortuos reuiuiscere.  
quibz oībz auditis de te statui i animo  
meo unū ēē e duobz. aut qz tu sis de⁹ et  
descēderis de celo vt hoc facias. Aut qz  
fili⁹ dei sis qz h̄ facias ppterē ergo scribēs  
rogauerim vt digneris fatigari usq; ad  
me et egritudinem meam qua diu labo-  
raui curare Nam et illud cōperi qz iudei  
murmurāt aduersū te volunt insidiari  
tibi Veni ergo ad me qz est michi pua-  
ciitas sed honesta. que vtrisq; sufficiat  
et Dns aut ihs i hec verba sibi H̄ndit  
Hec es qz credidisti i me cū ipse n̄ vide-  
ris me. Scriptū est. n. de me qz hij qui  
me n̄ vident credent et hij qz me vident n̄  
credent. De eo aut qz scripsisti ad me vt  
venia ad te oportet me h̄ oīa operte ppterē  
qz miss⁹ su⁹ et postea recipi me ab eo a qz  
miss⁹ su⁹ Cum ḡ assūpt⁹ fuerō aliquē de  
disciplis meis mittā ad te vt curet te.  
i uiuificet te i h̄ i bystoria ecclesiastica

**V**idens autem abagarus quod presencia litterarum videre non posset secundum quod in quadam antiqua historia inuenitur sicut Jobes dicitur. in libro. iiiij. testatur pictorem quendam ad ihesum misit ut dominum ymaginem figuraret ut sic ipsum saltet per ymaginem despiceret quem in facie videre non poterat. Sed cum ad eum pictor remisset propter minimum fulgorem qui ab eius facie percipiebat. in eius faciem clare nequibat intendere nec ipsam ut sibi tussu fuerat figurare quod cernens dominum vestimentum lineum ipsius pictoris accipiens et fure faciei se imponebat qui ipse ymaginem eius impressit ac desideranti regi abagaro destinavit. Cum usque hodie autem dominus fuerit ymaginis. in eadem antiqua historia legitur sicut idem Jobes dicitur. testatur fratres eius ut ibide dicat bene oculatus. bene supra liatus. longum volatum habuit. et acclivius quod est signum maturitatis fuit. Illa autem epula domini nostri ihesu christi tante virtutis esse dicitur ut in illa cunctate edissa. nullus hereticus vel paganus uiuere ualeat nec tyranus aliquis eius nocere presumat. Nam si aliqui gentes aliqui armati manu contra illam cunctatem insurrexerit infans alii quis super portam stans epulum illam legit. et ea die hostes aut territi fugiunt aut pacati cum eis cōponunt. sicut referat olim fuisse adimpletum. Sed postmodum cunctas a saracenis capta fuit prophanata sub lato beneficio propter abundanciam peccatorum in oriente vindicata patefacta. Postquam vero dominus assūptus est ut in historia ecclesiastica legitur misit thomas apostolus thadeum qui et iudas dictus est ad abagaram regem secundum dei permissionem. Qui cum ad eum remisset et se discipulum ihesum sibi promissum dixisset. vidit abagarus in volatu thadei quedam mirum et diuinum splendorē. Quo uno stupefactus et

territus dominum adorauit dicens Vere discipulus es ihesu filij dei qui michi dixerat. Omitta aliquē ad te de discipulis meis quod te curet et vita p̄stet cui thadeus si in dei filium credideris omnia tuī cordis desideria obtinebis. Cui abagarus credo vere. et iudeos qui eum cruciferū liberas trucidarem si michi possilitas adesset. et nequaquam romano rum autoritas impedit. Cum igit abagarus ut in aliisibus libris legitur leprosus esset. thadeus epulum saluatoris accepit et de ea eius faciem africauit et statim plenam sanitatem recepit. Judas autem primo in mesopotamia et ponito predicauit. Symon vero in egipto. dem de in psidā venerunt. et ibide duos magos zoroen et arphaeūat quos Matheus de ethiopia fugauerat inuenit. Tunc wardach dux regis babilonie contra micos ad plenum profectus nullum a deo suis potuit habere responsū. Per gentes autem ad phanum prime civitatis ibidem habuerunt ihesum propter apostolos qui venerunt deinde non possent. Tunc dux eos inquit fecit et iumentos quinque essent vel quod de re remissent inquisuit. Qui responderunt. Si genus queris hebrei sumus. Si codicacionem filios christi nos esse fatemur. Si causa salutis vestre causa huic venimus cum dux respondit. Cum felix reuersus fuerit audiam vos. Cui apostoli modo magis cognitum est te ne noscere illum cuius ope vincere possis. Vel certe rebellis pacassimos muemire. Quibus dux deo nostris potentiores vos vixeo. finem belli nobis rogo predicite. Cui apostoli ut deos tuos mandates esse cognoscas. Jubemus illis ad quiescit dare responsa. ut dum dixerint quod ignorant prebemus eos per omnia esse metitos. Tunc fantastici grande bellum dixerunt futurū et multum populū hinande prolio

ruiturum. Tunc apostoli rideat ceperant.  
Dicit eis dux. Ac timor inuasit et vos  
rideatis. Cui apostoli Proli timere quod par  
huc nobiscum intrauit et cras hora diei  
terram legati in dorum ad te vident. et  
tue se potestati cum pace subdient. Tunc  
pontifices rishum etiam leuauerunt et  
dux dixerunt. Ad hoc isti securum re  
reddere volunt ut dum incertus furis  
ab aduersariis occuperis. Cui apostoli.  
Non diximus tibi expecta unum mens  
sem sed unum diem et cras in pace  
victor exiles. Tunc utrosque custos  
diri fecit ut ex rei exitu veraces hono  
tarentur et mendaces pro crimine pu  
nientur. Cum ergo in crastinum quod  
apostoli predixerant euemisset. et dux in  
condere voluisse pontifices prohibe  
runt apostoli ne hoc fieret cum ipsi  
non viuentes occidere sed mortuos ui  
uicare missi essent. Tunc dux valde  
miratus et eos occidi non permetterent  
et quia de bonis illorum recipere nol  
lent. eos ad regem duxit dicens. Iti  
rex sunt dij latentes in effigie homini  
num. Cumque sibi omnia presentibus  
predictis magis narrasset. zelo inuidi  
e magi commoti dixerunt eos malignos  
esse et contra regnum subtiliter co  
gitare. Dixit eis dux. Si audetis cum  
eis configere. Cui magi si uis uidere quod  
nobis presentibus loqui non poterunt.  
Veniant huc uiri eloquentissimi et si co  
ram nobis ausi loqui fuerint nos per  
omnia imperitos probabis. Cum autem  
plurimi aduocati adducti fuisse continuo  
coram magis ita muti facti sunt quod nec  
nutibz quod loqui non poterant iudicaret.  
Dixeruntque magi ad regem. Ut scias  
nos deos esse permittemus eos loqui sed  
ambulare non posse. Iterumque reddenti  
eis gressum. sed faciemus eos aperte oculis

lis non videre. Qui cum hec omnia re  
assent dux aduocatos illos turpiter co  
fusos ad apostolos duxit. Quos cum  
aduocati pannosos vidissent. eos in ani  
mo contempserunt. Quibus Symon  
Sepe euemit ut intra scrinia aurea et  
geminata uilia queque habeantur inclus  
a et metra vilissimas et lignae capsae  
sunt gemmarum monilia preciosa com  
posita. Quicunque ergo alicunus rei cu  
pit esse possessor. non magnopere gesta  
torum sed ipsum quod gestatur expectat  
promittit igitur vos ab ydolorum  
cultura discedere et solum dum inuis  
ibilem adorare. et signum crucis in  
frontibus vestris faciemus et magos  
confutare poteritis. Quid cum fecissent  
et in frontibus consignati essent. ad res  
gem coram magis iterum ingressi sunt  
Et cum a magis superari non possent  
immo ipsis coram omnibus infundas  
rent. Itali magi multitudinem serpenta  
rum aduenire fecerunt. Statimque ad  
tumsum regis videntes apostoli pallia  
sua de serpentibus impleuerunt. et in ma  
gos proiecerunt dicentes. In nomine  
domini non moriemini. sed a serpentis  
bus lacerati dolorum vestrorum mug  
tus dabitis. Cum ergo serpentes car  
nes eorum comedenter et ipsi tanquam  
lupi uularent. rex et ceteri rogabant  
apostolos ut eos a serpentibus occidi  
permitterent. Quibus apostoli respons  
erunt. Nos missi sumus reducere de  
morte ad vitam. non a vita precipitas  
re in mortem. Et facta oratione tuisse  
runt serpentibus ut omne venenum quod  
infuderunt recuocarent. et postmodum  
ad loca sua redirent. Maiores autem  
cruciatus magi senserunt cum venena  
serpentes retraherent quam cum ante ca  
nes comedarent. Quibus apostoli dixerunt

Tribi diebus dolores sentieris. tercia vero die sam eritis ut vel sic a ura malitia re cedatis. **C**ū ergo tribi diebus sine abo et potu ac sompno doloribus minimū crucia ti essent apli venientes ad eos dixerūt **N**ō dignas dñs habere coacta seruicia. **I**de oqz surgite sam q abite. hñtes liberā fū cultatē faciendi q wltis. **I**lli aut ī malitia pdurantes ab eis fugerunt q pene cōtra eos totam babiloniā cōmouerūt post h filia cuiusdā ducis ex formicatioē cōcepit. q filium pturieś quēdā sanctū dyaconū infamavit qz eam uolauerit et ex ipso ocepit. **C**ū autem pentes dyaconem occidere vellent. apli adueniunt et quādo puer natus sit reqzunt. **Q**ui responderunt **H**odie hora prima diei. Dixeruntqz apli. **I**nfantem hue adduante. et dyaconū quē accusatis hue etiā p ducate. **N**ō cū factum esset apli infantī dixerūt. **D**ic infans in nomine dñi si iste dyacon⁹ h pñumpfit ad h infans. **I**ste inquit dyacon⁹ cast⁹ q sanct⁹ est nec vñqz carnem suam coinqnauit. **C**ū aut pentes instarent ut apli qrerent. quis actor hui⁹ sceleris fuisset. **H**inderunt apostoli. **R**os innocentēs absolue de cōnocentes p dere nō decet. **T**unc etiam tēporis stigat ut due tigrides ferocissime que in singulis caueis clause erāt fūgerent et omnes q sibi occurserent duorarent. **T**ūc apostoli ad eas venierūt q in nomine dñi eas velut oues mansuetas fecerunt. **V**olentib⁹ aut apli inde discessere. rogati p annū q tres menses ibidē pmāserūt. **I**n q spacio pl⁹ quā lx milia hominū exceptis puulis cū rege q prim apib⁹ baptisati sunt. **P**redicti aut magi ad quandam ciuitatē noīe suam ait v erant. lxxx. ydolorum pontifices venierūt ad eos cōtra apostolos datauerunt ut cum illuc remissent. aut eos sacrificare

cōpelleret. aut penitus necarēt. **P**erlustrata igitur vniuersa pruincia cū apostoli ad predicationem ciuitatē remissent ecce p dicati pōtifices cū vniuerso populo eos capiunt et ad templū solis deducit. **D**e mones aut p energuminos clamare ce perunt. **Q**uid nobis et vobis apli dei uiuē. **E**cce in ingressu vestro flammis exutimur. **T**ūc angel⁹ dñi eis apparenſ dixit. **V**nū e duob⁹ eligite. Aut horum repentinū intritū aut vestry martirium. **C**ui apostoli. ut et istos cōuertat. q nos ad palmam martirij pducat. **F**acto aut silencio apostoli dixerunt ut sciatis q h ydola demoib⁹ plena fūt. **E**cce eis ipamus ut exeat q singuli simulacra sua cōfirmat. **S**tatimqz duo ethiopis m̄grī q nudi cunctis stupentib⁹ de simula cēis exierunt et ofractis illis diris vobabus abcesserunt. **Q**d uidentes pontifices in apostolos irruerunt q eos ptingū trucidarunt. **I**n ipsa aut hora cū nimia esset serenitas tanta fulgura extiterunt ut templum ipsum trifarie scinderetur et illi duo magi ī carbones i cōtu fulguris vertitent. **R**ex aut corpora apostolorū ad vrbem suam trastulit et in honorem eoz ecclesiam mire magnitudinis fabri cavit. **D**e beato aut symone in plurib⁹ locis iuuenit. q crucis patibulo sit affix⁹ qd etiā ysidor⁹ ī libro de obitu aplō et eusebi⁹ ī historya ecclesiastica q beda sup actus. et magister Jo. ī summa sua testatur. **C**um enim ut atunt ī egipto p dicasset Jerosolimā rediit et post mortē Jacobī minoris ī epipiscopum Jeroso limitanum ab apostolis unanimiter est electus et ante mortē suā. p. mortuos suscitasse narratur. **V**nde cātātē de eo ter denos mortuos fluctib⁹ mersos humāuite reddidit. **C**ū autem ecclesia Jeroso limitanā p annos multos repisset. et

area. xx. annum ageret. tempore trianam  
imperioris cum accidit osularis Ierosoli-  
mis haberetur ab eo capitul et inturis  
multis afficitur. Ad vitium in celice  
ipsum affigil huius omnibus qui aderat et  
ipso iudice mirantibus ut. c. xx. annoz  
senex crucis supplicium perulisset. Sed fuit  
alius symon filius cleophe frater Jos-  
seph qd et eusebius cesariensis episcop  
in sua cronica testatur. Id dicit ysidor  
et beda in suis cronicas. Nam ysidor et  
eusebius qd prius dixerunt. postmodum  
in cronicas correrunt. qd patet p beda  
qui se h sensisse redarguit retractacioni  
bus suis. Huard qd in suo mriologio  
idem testatur.

**D**e sancto Quinto  
**Q**uintinus genere nobilis et cuius  
roman. ad urbem ambi. n ve-  
mens et multa miracula fatus  
iussu maximiani a pfecto urbis capitul  
et usq; defectum cedentum verberat ca-  
ceri manipatur. Sed soluente eum an-  
gelo in medium urbem iuit. et ibi popu-  
lo predicavit. Non iterum captus et i ecu-  
leo usq; ad rupcionem venaz distetus  
neruis qd crudis durissime cesus. oleu-  
picem et adipem feruentissimum toleravit.  
Et cum presidem derideret. iratus calcem  
acetum et sinapium in os eius proiecit  
Sed cum adhuc imobilis permaneret.  
et apud voremandum adductus fuisse  
duos clavos a capite usq; ad crura et de-  
cem inter vngulas et carnes preses infl-  
gens tandem eum decollari fecit. Cuius  
corpus in flumen projectum Cum per  
annos. Iu. latuiss a quadam matrona  
nobili romana taliter reptum est. Pa-  
dum assidue orationi uacaret. nocte ab  
angelo monita ad castrum veromadu  
pperare iubetur ut in tali loco corpus  
sancti quintini requireret et honorifice  
sepeliret. Cum igitur ad predictum locum

cum multo comitatu venisset et oracio-  
nem ibidem infunderet corpus sancti  
quintini incorruptum et redolens super  
fluum protinus enatauit. Qd sepe  
liens pro sepulture beneficio lumine oculi  
orum recepit et ibide edificata ecclesia  
ad propria remeauit.

**D**e sancto cestachio  
**E**stachius antea placidus voca-  
batur hic erat magister militu  
triam imperatoris. Erat autem operib  
misericordie valde assiduus. Sed tam  
ydolorum cultui deditus. Habet aut  
diugem eiusdem ritus et misericordie ex  
istentem. duosq; filios procreavit quos  
iuxta suam magnificenciam magnifice  
educazi fecit. Et quia operibus miseris  
cordie sedulus insistebat ad viam veri-  
tatis meruit illustrari. Quadam enim  
die cum venaci insisteret gregem cer-  
uorum reperit inter quos unum ceteris  
speciosorem et maiorem cospexit. qui  
ab aliorum societate discedens i siluam  
vastiorem profiliit. Verum alijs milis  
tibus arca ceruos reliquos occupatis.  
placidus hunc toto misu insequit et ipsi  
sum capere mitebatur. quem cum totis  
viribus insequeretur. ceruus tandem su-  
per quandam rupis altitudinem cons-  
cendit. et placidus aproprians qualiter  
capi posset ambo sedulus reuoluebat.  
Qui cum ceruum diligenter consideras-  
ret vidit inter cornua eius formam sa-  
cree crucis supra solis claritatem fulgens  
tem. et ymaginem ihesu christi qui per os  
cerui sicut olim p asinam balaam sic et  
locutus est dicens. O placide qd me pses  
qris. Ego tu gracia in h a i ali tibi ap-  
parui. Ego su christus quem tu ignorans  
colis. Clemosine tue coram me ascender-  
tut et ob h veni et p hunc quem venabas  
ceruum. ego quoq; te ipse venarer.